momentanea facta mutatione. ¶ Notandũ aũt incõ ueniens esse loqui de principio magnitudinis. ⁊ non de principio tẽporis: qꝛ vt dictum est cum dicitur qđ non est factũ nõ hꝫ principium. Si vera est ꝓpositio accipitur ibi principiũ ꝓ principio tpis. cũ vero subdit: qđ nõ hꝫ pricipiũ nõ habet finẽ: ⁊ ẽ infinitũ accipitur ibi principium pro principio magnitudinis. Sic ergo equocatur in principio. incõueniẽs est ergo accipere principium pro principio magnitudinis: qꝛ inconueniens est equiuocare. ¶ Notandũ etiam ꝙ dicit gñationis non simplicis: qꝛ generatio duplr̃ põt sumi. vno modo vt includit motũ precedentem. s. alterationẽ: ⁊ sic mensuratur tẽpore. Scđo modo generatio accipitur simplr̃: ⁊ sic noĩat momentaneam mutationẽ: ⁊ sic mẽsuratur instanti. ⁊ nõ est ibi assignare ordinẽ temporis. cum ergo dicitur ꝙ factũ est hꝫ ꝑncipiũ temporis ⁊ generationis debꝫ ibi accipi generatio vt includit alterationẽ nõ vt accipitur simpliciter ⁊ est momentanea mutatio qꝛ sic non est ibi assignare ordinẽ tpis nec ordinẽ factionis. Sic eniꝫ accepta generatione non est ibi signare principiũ ⁊ finẽ cuꝫ sit quid diuisibile. ¶ Deinde cũ dicit.

T.c.24 ¶ Postea ꝑꝑ quid imobile: si vnum est: sicut enim ⁊ pars vna cum sit hec aque mouetur in ipsa: quare non ⁊ omnis.

¶ Oñdit rõnẽ melissi peccasse i mã ⁊ accepisse fl̃sa. ⁊ tria facit ꝫ ꝙ triplr̃ ħ oñdit. Scđa ibi (Postea alteratio.) 3ª ibi. (At vo nec specie.) Dicit ḡ. ꝙ si est vnũ ens. sup. totũ occupans ꝑpter qđ est immobile. q. d. hoc totum occupat. ergo est immobile. non valꝫ: sed est falsũ. Nã si aqua totũ aliquod vas occuparet posset in vna pte cõdempsari ⁊ in alia rarefieri. ꝑpter qđ ptes aque in ipsa aq̃ mouerẽtur: ⁊ sicut cũ sit ħ aqua supple totũ occupãs vna pars moueť in ipsa. i. in ipso toto q̃re ⁊ nõ oĩs aqua. Si enim quelibet pars moueri potest ⁊ tota aqua moueri dicetur per motionem cuiuslibet partis. ¶ Notãdũ aũt ꝙ huius motus manifeste apparet in aere. lꝫ. n. aer totã suã sperã occupet flãte vento ptes aeris moueťur absqꝫ eo ꝙ aer exeat sperã suã. cõdẽpsatur eniꝫ aer in vna parte ⁊ rarefit in alia: ꝑpter qđ talis motus saluari potest. falsuꝫ est ergo ꝙ totũ occupans de necessitate sit immobile. ¶ Deinde cũ dicit

¶ Postea propter quid alteratio nõ erit.

¶ Adduť scđaꝫ rõnẽ dicẽs ꝙ alteratio ꝑꝑ qđ ñ erit. q. d. fl̃m est ꝙ totũ occupans de necessitate sit imobile. poterit enim moueri motu alterationis: que non de necessitate videť regrere localẽ distãtiã. ¶ Deide cũ diť.

¶ At vero nec specie possibile est vnũ esse: sed sicut ex quo. Si aũt ⁊ phisicoꝝ quidã vnũ dicunt. Jllo autem modo non. Homo nãqꝫ ab equo alterũ est spẽ ⁊ ꝯria adinuicẽ.

¶ Ostendit tertia ratione melissum accepisse falsa. dicebat enim omnia esse vnum: qđ est falsum: quia impossibile ẽ oĩa eẽ vnuꝫ specie ⁊ forma. Sꝫ forte oĩa sunt vnũ sicut ex quo. i. ꝼm mãꝫ. Nam quidam phycoꝝ. i. nãlr̃ loquentiũ dñt oĩa esse vnũ. sic. i. ꝼm mãꝫ: illo aũt mõ. i. ꝼꝫ formã nõ dñt oĩa vnũ. hõ nãqꝫ ab equo alteꝝ est spẽ. i. ꝼm formã: ⁊ talia sunt ꝯtraria adinuicẽ. s. ꝼꝫ formã. Quõ aũt sit intelligendũ ꝙ in subã sit ꝯtrarietas ĩfra diceť. ad pñs autẽ sufficiat scire talia esse dñia ꝼm formam. ¶ Notandũ aũt ꝙ parmenides ⁊ mell'. posuerunt oĩa esse vnũ ꝼm veritatẽ. Attamẽ multa dixerunt esse per extimationẽ. vnde vt infra hẽbim' de parmenide ipse posuit duo reꝝ ꝑncipia. s. ignẽ ⁊ terrã. tradiderũt. n. antiqui phĩ mãꝫ eẽ aliquid in actu. quo posito: qꝛ semper manet mã semꝑ manebit ens in actu. omnis ergo trãsmutatio alteratio erat. Sola ergo mã erat suba. omnia vo alia accñtia erãt. hꝫ ãt accñtia ꝼꝫ parmẽidẽ ⁊ mell'. nõ erãt aliqd fixũ in nã. Sꝫ erãt q̃dã apparentie ⁊ q̃dã extimationes siue quedã fantasie. vnde ⁊ democritus qui multũ insudauit in nãlibus: ⁊ cui fuit cure de oĩb' videbatur tñ velle accidentia esse entia ꝼm solũ extimationẽ. Dicebat enim ꝙ color non erat aliquid fixuꝫ in natura. ħ aũt posito videť eẽ vera positio istoꝝ. Nã si sola substantia ꝼm veritatẽ est ens: alia vero sunt q̃dã extimata ⁊ q̃dã fantasie. Rursus si sola materia ẽ suba ⁊ vnuꝫ est mãle ꝑncipium: opꝫ tñ vnũ esse. ꝯcedebant ergo isti aliquid esse hoĩeꝫ aliquid esse equũ ⁊ aliquid albuꝫ ⁊ aliqd nigrũ. Sꝫ dicebãt ꝙ oĩa hec supra mãle ꝑncipiuꝫ non addebãt aliquã entitatem. sed soluꝫ erãt quedã fantasie ⁊ apparẽtie quedã. ¶ Ex ħ aũt apparere potest ꝙ phs arguebat ex datis cũ superius arguens ꝯtra istos dixit ꝙ idẽ erat bonũ ⁊ malũ ⁊ bonũ ⁊ nõ bonuꝫ ⁊ hõ ⁊ equus ⁊ cetera talia. Supponebant. n. ista eẽ. Sꝫ dicebãt ea esse solũ fantasias ⁊ apparẽtias quasdã. Ex ħ etiaꝫ appeť ꝙ cũ isti ꝯfiterenť accidentia ⁊ ꝯfiterentur corpus et magnitudinẽ. qꝛ dicebãt numerũ esse corp': bene arguebať ꝯtra ipsos: ꝙ oꝫ multa eẽ aut rõne vt musicũ ⁊ albuꝫ aut diuisione vt totũ ⁊ partes. Ulterius etiam ex hoc apparet ꝙ cũ isti concederẽt hoĩem ⁊ eqũ ⁊ talia que differũt forma bene arguitur contra eos ꝙ nõ oĩa sũt vnũ qꝛ nõ sũt vnũ foralr̃. ¶ Qꝛ si dr̃eť hoĩeꝫ equũ ⁊ cetera talia ꝼm hos fuisse fãtasias solũ ꝑꝑ ħ ꝙ ad ħ debuit ĩstare Aristo. dici debet ꝙ ĩfra probabitur ꝙ taꝫ accidens q̃ꝫ substantia habet aliquo modo rationem entis. Notabile du^m

Lectio. VI.

T.c.25 Et ad parmenidẽ autẽ idem modus rationuꝫ est: ⁊ si aliqui aliȷ̃ propriȷ̃ sũt ⁊ solutio parti quidẽ qꝛ falsa ẽ: partiꝫ aũt qꝛ nõ cõcluditur.

¶ Postq̃ꝫ phs solut argumẽtũ mellissi in pte ista soluit rõnes ꝑmenidis: ⁊ duo facit. qꝛ pmo cõtinuat se ad dicenda. scđo exequiť de itento. scđa ibi. (Falsa qdeꝫ qꝛ simplr̃.) Dicit ergo ꝙ ad parmenidẽ aũt ẽ idẽ modus rõnũ ⁊ ideo est eodẽ mõ dãda solutio ⁊ si aliqui aliȷ̃ propriȷ̃ sũt illi. s. tãgenť. Qꝛ ãt sit idẽ modus soluẽdi rõnes ꝑme. ⁊ mell'. pꝫ qꝛ sic mell'. falsa recipiebat ⁊ nõ syllogizabat: sic ⁊ solo ad rõnẽ ꝑmẽidis ẽ ptiꝫ qdẽ qꝛ falsa: ptiꝫ quidẽ qꝛ nõ cõcludiť. ¶ Notandũ ãt ꝙ dicit. si qui propriȷ̃ modi sunt ꝑmenidis: qꝛ vt patebit reprehẽdit: parmenidẽ ꝼm se ⁊ reꝑhẽdit ipꝫ vt cõueniebat cũ melisso. vel hoc dicit ꝙ ꝑmenides vt cõiter põiť habuit ꝓpriũ modũ reꝑhẽsiõis. ꝯcessit. n. aliq̃s rõnabiles ꝓpões: ex qb' poterat argui ꝯtra ipꝫ. ꝯcessit. n. oẽ qđ est nõ ens nihil esse: ⁊ ꝙ tñ ens est. Mell'. aũt lꝫ ꝯcederet ens ⁊ vnũ sicut ⁊ parme. ex ente tñ ⁊ vno nullas ꝓpositiões ꝓbabiles ꝯbinauit. Uel ħ dicit qꝛ rõnes inferius posite cõtra ꝑmenidẽ cũ hoc ꝙ sunt ꝓprie ꝑmeni. sunt ⁊ aliquo modo cõtra melissum vt dicetur. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Falsa quidẽ: qđ simpliciter accipit qđ ẽ dici multipliciter dicto.

¶ Exequitur de intento. ⁊ d. f. quia primo ostendit rationem parme. assumpsisse falsa. secũdo ostendit eam non concludere. scđa ibi. (Non cõcludiť antẽ.) Dicit ergo ꝙ rõ ꝑmenidis est falsa: qꝛ accipit qđ est. i. ens dici simplr̃ ipso ente dicto multiplr̃. ¶ Notãdũ aũt rõnẽ ꝑme. fuisse talem. ꝙcquid est ꝑter ens est nõ ens ⁊ qđ est non

ens nihil est.ergo tm̄ ens est:sed ens est vnum.ergo tm̄ vnū ē ens.in hac aūt rōne vt Cōmē.innuit variatur me-
Tē.25. dium. Nam cum dicitur.q̄cq̄d est preter ens est nihil: o3 q̄ ibi accipiat̄ ens pro ente in cōi:q2 si accipet̄ ens ꝑ ente in sp̄ali vt pro suba vel ꝑ accn̄te falsa eēt ꝑpositio. non.n.q̄cq̄d est preter subaȝ est nihil. nec q̄cq̄d est p̄ter accn̄s est nihil. Cū v̄o subditur q̄ ens est vnū:accipitur ibi ens pro ente in sp̄ali.ens.n.in cōmuni nō est vnū aliq̄d signatū vt itelligebat p̄me. ¶ Notandum ēt q̄ oēs false si non cōcludunt variant aliquo mō mediū:ꝛ si accipiatur ibi mediū variatū:est ibi pctm̄ in forma: q2 arguitur quodāmodo in quattuor terminis. Si v̄o accipiatur mediū vniformiter.tūc accip.f'la ꝛ peccat in materia:vt si dicat̄.canis currit.celeste sid⁹ ē canis. si hec ꝑpositio minor d3 esse vera op3 q̄ aliter acipiatur ibi canis q̄3 in maiori: q2 si acciperetur eodē modo esset ꝑpositio falsa.celeste eniȝ sidus non est canis qui currit. ꝛ q2 p̄meīdes:credebat ens dici simpl'r oportebat rōnē eius habere alterā ꝑpositionē f'laȝ. Nā si semper accipitur ens pro ente in cōi:tūc est f'la minor:q2 ens in cōi. non est vnū aliquid signatū vt credebat. Si v̄o ens in vtraq3 ꝑpositione accipitur pro ente in speciali tūc:est f'la maior.non eniȝ qd̄ est preter ens aliquod speciale ē non ens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non concluditur auteȝ:quia si sola alba recipiantur significante vnum albo:nihilomin⁹ multa alba sunt: ꝛ non vnum. Non enim cōtinuatione erit vnum album neq3 rōne. Aliud enim erit esse albedini ꝛ susceptibili.

¶ Oñdit rōnes parmenidis nō ꝯcludere. ¶ Ad c⁹ euidentiā notanduȝ antiquos ph̄os nesciuisse distinguere īter vnū:qd̄ ē p̄ncipiū numeri ꝛ vnū qd̄ ꝯuertit̄ cū ente. nō cognouerunt.n.nisi vnū qd̄ est p̄ncipium numeri:iō sp̄alis modus arguēdi ꝯ eos est ex vno qd̄ est p̄n^m nūeri.duo g̃ facit ph̄s.q2 p̄mo oñdit nō oīa:eē vnū accepto vno ꝑut est p̄n^m numeri.scd̄o oñdit non oīa eē vnū quocūq3 mō accipiat̄ vnū.scd̄a ibi.(Nec̄e igr̄ accipe.) Circa p̄mū.d.f.q2 p̄mo fac̄ qd̄ dcm̄ est.scd̄o remouet quādā cauillationē ibi(Et nō erit.) ¶ Notādū āt q̄ vnū qd̄ ē principiū numeri dicit aliq̄d per accn̄s cuȝ sit in genere q̄ntitatis. ideo dicit quādā intentionē additam nāe rei. Dicere ergo aliquid esse sic vnū est dicere ipsum habere aliquid per accidens:idē est ergo arguere de tali vno ꝛ de aliquo alio per accn̄s:vt de albo vel de nigro. Hoc viso p3 rōnē parmenidis nō ꝯcludere.nō.n.valȝ tm̄ vnū est.ergo multa non sunt sicut nō valet:tm̄ album est.ergo multa non sunt:ideo ait q̄ nō cōcluditur:q2 si sola alba accipiant̄ vnū significante albo:nihilominus multa sunt.primo.n.albuȝ non erit vnū cōtinuatione.i.ꝑ ꝯtinuatōeȝ:tū q2 oīa alba nō sunt cōtinua:tū ēt q2 albū fundatur in cōtinuo:ꝛ qd̄libet cōtinuū est diuisibile.albuȝ cōtinuatione.i.rōne continui:in quo fundat̄ est quodāmodo multa alba. Rursus album non erit vnū rōne:q2 aliud est esse albo ꝛ susceptibili. ¶ Notandū aūt hāc rōnem specialiter respicere vnū qd̄ est p̄ncipium numeri: nā h⁹ vnū vel realiter est idem qd̄ ipsum cōtinuuȝ vel sine continuo esse nō pōt:iō si res eēnt sic vnū rōne cōtinui:sine quo tale vnū esse non potest:quodāmodo multa essent. ¶ Notandū etiam hāc rōnem ꝑprie nō posse adaptari ad vnū qd̄ ꝯuertit̄ cuȝ ente. vnū enim qd̄ cum ente ꝯuertitur dicit p̄uationem quādaȝ ꝯñ tem oēm formaȝ.q̄lib3.n.forma dat esse tale:ꝛ dando tale eē distinguit rem ab omni nō tali. ꝑut aūt dat esse dicit̄ entitas. Put vero facit rem indistinctam a se ꝛ distinctā ab alio dicitur vnitas:huī⁹ vero vnū non dic̄ aliquā rem additam supra numeꝝ rei. Ridiculū est ergo dīc q̄ ponēdo aliquid eē sic vnū ponam⁹ multa:q2 aliud eē ē ei⁹ ꝛ susceptibilis.tale enim vnū ad id de quo dicit̄ non cōparat̄ sicut accidēs ad subm:sed vnū qd̄ est p̄ncipium numeri q2 dic̄ aliqd̄ accn̄s supadditū rei: Jō ponēdo aliq̄d sic eē vnū ponim⁹ multa:q2 aliud est esse talis vni⁹ ꝛ ei⁹ ī quo suscipit̄ tale vnū sicut aliud est esse accn̄tis ꝛ sube. Ideȝ est ergo arguere de albo ꝛ de tali vno:q2 sicut albū sine ꝯtinuo esse non potest:et dicit aliqd̄ accn̄s supadditum rei:sic tale vnū sine ꝯtinuo esse nō pōt:ꝛ dic̄ aliqd̄ accn̄s supadditū sube:īmo tale vnū magis se tȝ ex p̄te ꝯtinui q̄3 albū. ꝑpter qd̄ ratio quodāmodo magis arguit de tali vno q̄3 de albo. verū q2 magis est notū quid importat̄ nomīe albi q̄3 q̄d īportat̄ noīe talis vni⁹:ideo ad maioreȝ manifestationē veritatis facta fuit ratio in talibus terminis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et non erit extra album nihil diuisum. Nō enim inq̄ntū est separabile:sed esse alteruȝ est albo: ꝛ rei cui iest. Sed hoc parme.nōdū vidit.

¶ Remouet cauillationē q̄ndaȝ:crederet.n.aliquis q̄ si sola alba accipiant̄ nō erūt multa nisi aliquid sit ex̄ album:qd̄ excludēs ait :q̄ nō erit ex̄ albuȝ nihil diuisum. q2 nō ponim⁹ inq̄ntum est.i.q̄ntuȝ ad esse separabile simple accn̄s a subiecto. Sed hoc ponim⁹ rōne:q2 eē diffinitiuū est alteꝝ albo:ꝛ rei cui inest.s.susceptibili. Si ergo aliquid est albuȝ multa sunt:q2 ꝛ accn̄s ꝛ subm Sic simple si aliquid est vnū qd̄ est p̄n^m numeri multa sunt:q2 ē accn̄s ꝛ suba:cū tale vnū dicat aliquid per accn̄s.s3 hoc parmenides nōdū vidit. ¶ Notandū aūt q̄ p̄menides ꝛ quidā antiq ph̄i nisciuerūt distiguere īter accidens ꝛ subaȝ:imo nō credebant accn̄tia aliq̄3 entitateȝ addere supra subam. Credebāt.n.quecūq3 sunt idē subto nō dicere aliq̄3 multitudinē: iō h⁹ multitudinē quā videm⁹ īter accn̄s ꝛ subȝ parmēides nō vidit:vl' nō vidit h.i.nō cognouit q̄ vnū qd̄ est p̄n^m numeri dicit aliq̄d ꝑ accn̄s sic album. ꝑpter qd̄ qui ponit aliq̄d sic esse vnū quodāmodo ponit multa.parmenides ergo nōduȝ vidit hoc quia nesciuit distinguere inter vnū per accidens ꝛ vnū per essentiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necesse igitur accipere. Dicētibus oīa esse vnū non solū vnū significare qd̄ ē:de quo vti predicetur sed ꝛ qd̄ vere est: ꝛ qd̄ vere vnum est. Accidens enim de subiecto quodā dicit̄. Tē.

¶ Quare cui accidit qd̄ est non erit. Alteruȝ enim est ab eo quod est. Erit itaq3 aliquid cui non sit. Non itaq3 inerit aliȷ existens qd̄ vere est. Nō eni erit ens aliquod ipsi:nisi m'ta qd̄ est significet:sic q̄ sit aliquid vnūquodq3. S3 supponitur qd̄ est significare vnū.

¶ Probat multa esse quocūq3 mō accipiat̄ vnū.intēdit aūt talē rōnē.tm̄ ens est s̄m parmenidē:ꝛ ēt s̄m vitatē: s3 ens multa significat.g̃ si tm̄ ens est.o3 q̄ cū noīe entis m'ta īportet̄.īportat̄.n.noīe entis accn̄s ꝛ suba. nō g̃ ꝯcludit ꝯclusio parmenidis.tm̄ ens est.ergo multa non sunt:imo magis sequit̄ ꝯ̄rio.s.q̄ multa sint.i declarando aūt hāc ꝯñam duo facit.q2 primo ostendit q̄ nomine entis nō importatur accidens tantum.scd̄o q̄ īportatur substātia tm̄.ex quo seq̄r̄ q̄ ens multa significat:ꝛ q̄ nomīe ei⁹ īportat̄ vtrūq3.scd̄a ibi.(Si ergo q̄ vere ē.) Dicit ergo q̄ necesse ē accipe qd̄ est.i.ens nō solū significare vnū vt q̄ solū significet q̄ p̄dicet̄ de quo.i.de ali-

quo.i.nõ solũ significat accñs cui ꝯpetit ṗdicari de aliq̃ ꝗ qḋ se tenet ex pte ṗdicati:sed ẽt significat subaȝ ꝗ subȝ qḋ vere eſt:ꝗ qḋ vere eſt vnũ:subȝ.n. verius ẽ vnũ ꝗ ens q̃ȝ qḋcũqȝ accñs:dat aũt rõnẽ hꝰ.q̃ accñs dr̃.i.predicat̃ de subiecto quodã.q̃re si noĩe entis importatur solum accñs:subm cui accidit qḋ eſt.i.accñs non erit. Nam cũ subm sit alteꝝ ab accñte erit alteꝝ ab eo qḋ eſt:cũ solũ accñs ponatur eẽ:subm ergo erit ꝗ nõ erit.erit enim:q̃ de eo ṗdicat̃ ens.s.accñs.nõ erit ãt:q̃ noĩe entis ẜȝ hãc ypothesim ĩportatur solum aceñs. Jḋ ait:ꝙ id.i.subm cũ non sit erit:qḋ eſt ĩconueniens.ꝗ vlteriꝰ ꝙ vere.i.accidens qḋ ponitur vere eẽ:nõ ĩnerit alĳs exñtẽs:iḋ subdit.ꝙ accñs qḋ ponitur ens aliqḋ eſſe nõ ĩerit ipſi.supple susceptibili nisi qḋ eſt.i.nisi ens significet mĺta:sic ꝗ vnũqḋqȝ.i.nõ tã suba q̃ȝ accidẽs sit aliqd. Sed supponitur.i.ſi rõ parmenidis dȝ cõcludere dȝ ꝙ suppõat̃ qḋ ẽ.i.ens significare vnũ.cũ ergo sigñat mĺta:mĺta sũt que sunt. ¶ Notãdũ ergo ꝙ si solũ accñs ponat̃ eẽ ens: duo incõueniẽtia sequũt̃.ṗmũ ẽ ꝙ subȝ erit ꝗ non erit. scḋȝ ẽ ꝙ accñs erit accñs ꝗ nõ erit accñs. Nam si accñs accideret subo:tc̃ ẽs accideret ñ enti:ꝗ q̃ accñs ṗdicat̃ de eo cui accidit ẽs ṗdicaret̃ de ñ ente:ñ ens igr̃ eẽt ẽs. qḋ eſt inconueniens.primũ aũt inconueniens tangebatur cũ dicebatur.erit itaqȝ aliquid cũ non sit. Secũdũ vero innuebatur cum addebatur ꝙ vere eſt ꝗ accidens non inerit alĳ. ¶ Deinde cum dicit.

27 ¶ Si igitur qḋ vere eſt nulli accidit:sed illi qd magis qḋ vere eſt significat qḋ eſt:ꝗ qḋ non eſt. Si.n.erit qḋ vere eſt idẽ ꝗ albũ:albo autẽ eſſe nõ eſt qḋ vere eſt. Neqȝ eniȝ accidere ipſi poſſibile ẽ qḋ eſt.nihil.n.ẽ qḋ nõ vere eſt. Nõ ergo qḋ eſt:eſt qḋ album eſt. Non sic autẽ vt cum aliquid nõ sit:sed oĩno non sit. Qḋ vere itaqȝ ẽ:non eſt. Verũ enim eſt dicere:quoniã albũ eſt. Hoc aũt qḋ nõ eſt:significauit. Quare si ꝗ albũ significat qḋ mĺta.ḡ sigñat qḋ ẽ.

¶ Oñdit ꝙ nomĩe entis nõ ĩportetur suba tm̃. Dicit ergo ꝙ:sed magis aliquid accidit illi.i.si noĩe entis iportatur suba que non accidit alĳ:sed alia sibi:tũc qḋ eſt.i. ens significat qḋ vere eſt.i.significat subam:ꝗ q̃ sube aliquid accidit:ponatur hꝰ subm eẽ albũ vel eſſe vniuũ alicui alĳ accñti. Sed si idẽ erit qḋ vere eſt ꝗ albũ.i.si album predicatur de eo qḋ põitur vere eſſe ita ꝙ illud sit suba ꝗ albuȝ:q̃ albo nõ eſt.i.nõ competit eẽ nõ ẽ poſſibile ipſum album.supple accidere ipſi qḋ eſt qd.i. ipſi subto.vȝ.qḋ eſt qd.i.suba que ponitur eẽ quid eſt. Quod vero nõ eſt.i.eſt alba vel nigra vel aliq̃ alio accñte affecta. Jdeo ait ergo qd ẽ.i.ipſa suba ꝗ subm nõ ẽ albuȝ. Eſt ergo vis rõnis:ꝙ si accidens poneretur nõ eſſe ens:nõ predicaretur de subiecto:quia tũc non ens predicaretur de ente.eſſet ergo ens ꝗ nõ ens:qḋ eſt inconueniens.cuȝ ergo parmenides ꝗ melliſſus:vt patet per sequentes eos:ꝯcederẽt hominem album ꝗ hoĩem ambulantẽ:oportebat ꝙ tam noĩe hoĩs q̃ȝ noĩe albi ĩportaretur ens:cũ solũ ens ṗdicetur de ente.ideo subdit.ꝙ si accidens sit non ens.nõ sit autem cũ non sit aliqd:ſȝ cum oĩno non sit.i.si accñs ponatur simpl'r eſſe nõ ens: non eſt veꝝ dicere qm̃ qḋ vere eſt.i.ipſum subiectum ẽ albuȝ.qm̃ qḋ eſt.i.ens non significauit hoc.s.albuȝ. Si ergo album vel aliqḋ accñs predicatur de suba:dȝ ꝙ album sit ens.iḋ subdit:ꝙ si qḋ ẽ.i.ens significat qḋ vere eſt.i.subam ꝗ albũ:multa igitur significat:q̃ suba ꝗ accidens. ¶ Notãdũ aũt accidẽs aliquo mõ eſſe nõ ens: tñ si poneretur simpl'r ꝗ per oẽm modũ eſſe non ens: de ente.i.de suba ṗdicaretur non ens:qḋ eſt incõueniens. iḋ nõ eſt inconueniens dicere ꝙ accñs aliquo mõ non sit:ſȝ ꝙ oĩno nõ sit. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ cũ parmenides ꝗ mell'.solã subam dicerẽt eẽ:accñtia aũt eẽ extimatões ꝗ appãrentias q̃sdã:qḋ hic dcm̃ ẽ:cũ hoc ꝙ ṗṗe redarguit pme.redarguit ẽt cõiter ꝗ ipȝ mell':cũ oñ suȝ sit noĩe entis ĩportari tã subam q̃ȝ accñs ꝗc̃. Lectio. VII.

NEcȝ igit̃ magnitudinem habebit qḋ eſt siquidem qḋ vere eſt:eſt qḋ eſt. Utriqȝ.n.alteꝝ eſt eſſe partiũ. T.c.28.

¶ Poſtq̃ȝ phs ĩcrepauit pmenidez.ꝗ mell'. sepatim ꝗ per se.hic ĩcrepat vtrũqȝ simul.ꝗ tria facit.q̃ primo facit qḋ dictũ eſt.scḋo adducit q̃ȝdã rõnez parmenidis.per quã videbatur ĩfringi qḋ dixerat cõtra eũ.tertio increpat pl'onẽ acqeſcentem rõnibꝰ parmenidis.scḋa ibi.(Sȝ qḋ vere ẽ.) tertia ibi.(Quidaȝ aũt rõnibꝰ.)circa primũ.d.f.ẜȝ ꝙ dupl'r redarguit parmenidẽ.ꝗ mell'.scḋa ibi.(Qr̃ aũt diuiditur.)Continuetũr sic.ꝙ cũ ẜȝ parme.ꝗ mell'.nõ sit aliq̃ mĺtitudo: hoc poſito.si qḋ ẽ.i.si ens eſt qḋ eſt vere.i.suba huiꝰ qḋ eſt.i.hꝰ ens nõ erit magnitudo:q̃ si eſſet magnitudo: hẽret ptes:ꝗ ita eẽt multa:q̃ vtriqȝ ptium eſt alterum eſſe. ¶ Notandũ ãt hos phos posuiſſe multa ꝑ extimationẽ:erat tñ vnũ ẜȝ veritatẽ:qḋ dicebant eẽ subaȝ:ꝗ q̃ q̃libet pars sube eſt suba:iḋ hec rõ recte eſt ꝯtra eos:q̃ dȝ eos multitudinez ponere q̃ȝtum ad subaȝ:ꝗ q̃ȝtuȝ ad id qḋ vere eſt. ¶ Notandũ ꝙ hꝰ subam dixerunt vere eſſe:dicebant eſſe mãle principiũ:ꝗ q̃ oẽs antiq phi posuerũt mãȝ eẽ corpꝰ:hꝰ vere ens ponebãt eẽ corpꝰ ꝗ magnitudinẽ:iḋ arguere ꝯtra eos ex pte magnitudĩs ẽ arguere ex datis ꝗ ex ꝓprĳs. ¶ Notandũ ãt ꝙ magnitudo eſt mĺta nõ in actu:sed in potẽtia.tñ q̃ ipſi negabãt mĺtitudinẽ ꝑ oẽȝ modũ:negabãt ẽt mĺtitudinẽ ĩ põ.ẽ ergo hec rõ cõtra eos. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Qr̃ autẽ diuiditur qḋ vere eſt:in qḋ vere eſt aliquod aliud ratione manifeſtũ eſt:vt homo si eſt qḋ vere eſt aliqd neceſſe eſt ꝗ animal qḋ vere eſt aliqd eſſe ꝗ bipes. Si.n.non qḋ vere eſt nõ sunt aliquid:accidẽtia erũt. Aut igit̃ homini:aut alĳ alicui subiecto. Sed ĩpoſ'e eſt.

¶ Oñdit mĺta eẽ que vere sunt alia via.ꝗ.d.f.q̃ primo facit qḋ dictũ ẽ.scḋo qḋ suppoſuerat ꝓbat.scḋa ibi.(Accidẽs.n.dr̃ hoc.)Dicit ergo:q̃ qḋ vere eſt diuiditur in aliqd aliḋ qḋ vere ẽ:eſt manĩ ͫ rõne.i.diffõne.diffinitio.n. cõponitur ex genere ꝗ drĩs:que hñt quãdã alietatẽ iter se:ꝗ sunt quodãmõ alia a diffinito. Si ergo vnũ eſt qḋ vere eſt:ex diffinitiõe eiꝰ poſſumꝰ oñdere multa eſſe: quoꝝ quodlibȝ eſt qḋ vere ẽ:vt si homo eſt aliquid qḋ vere ẽ:neceſſe eſt ꝗ aĩal eſſe aliqd qḋ vere ẽ.ꝗ bipes ẽt erit aliquid qḋ vere eſt:q̃ si vtrũqȝ iſtoꝝ nõ eſt aliquid qḋ vere ẽ:accñtia erũt.aut ergo accidẽt hoĩ aut alicui alĳ subto. Sed vtrũqȝ eſt ĩpoſ'e. ¶ Notãdum aũt phm velle oñdere de neceſſitate mĺta eẽ:nõ ẜm extimationem:sed multa eẽ q̃ vere sunt:vt eẽ multa ẜȝ subam:q̃ eſſe multa ẜm accñs nõ fuiſſet forte inconueniens phi dictis.ponebãt.n.multa ẜm extimationẽ:accñtia aũt forte cõceſſiſſent eẽ fantasias:ꝗ ẜm extimationẽ tantũ. ¶ Notandũ ẽt ꝙ lȝ partes diffinitõis dicantur eẽ partes ẜm rõnem:tñ hõ diuidit̃ in aĩam ꝗ corpus ẜm rẽ.q̃ neutꝝ illoꝝ dicit totũ id qḋ eſt hõ:diuiditur tñ in aĩal

rõnale fm rõnẽ:q2 aĩal realr dic totũ qđ dicit homo:ſʒ nõ dicit ipm per modũ toti⁹:ex quo vr hri q ex diffinitione rei non habeatur multitudo niſi fm rõnẽ.iõ dicendũ q ſufficit eẽ mlta vere entia ſʒ rõnẽ:vt arguãt cõtra dictos phos.q2 in eo qđ vere eſt nullã multitudi/ poſuerũt.¶ Ulteri⁹ tñ dicere poſſumus q partes diffinitionis ⁊ ſi nõ dicant partes fm rẽ:cõſurgunt tñ ex partibus realib⁹.qcqd.n.diffinitur eſt cõpoſitũ.ſimpliciũ aũt nõ eſt ꝓprie diffinitio:⁊ ideo ꝓpter hꝰ partes reales in diffinito exiſtentes dicitur genus ſe hre per modũ mãe:⁊ dfia per modũ forme:⁊ ſpẽs per modum vtriuſqʒ. ſi ergo aliqua ſuba diffinit:opʒ ipſam eſſe cõpoſitam ex plurib⁹ partibus:quaꝝ quelʒ erit qđ vere ẽ. vtrũ aũt veꝝ ſit partes diffinitionis ſoluʒ eſſe ptes fm modũ intelligendi non eſt preſentis ſpeculationis.ſufficit autem ad preſens ſcire q ⁊ ſi tales partes ſunt:pſupponũt tamẽ partes fm rem:ꝓpter qđ oportet multa eẽ que vere ſunt.¶ Deinde cum dicit.

Solius cõpoſiti eſt diffõ

¶ Accidens eniʒ dicitur hoc:aut qđ contingit eſſe ⁊ non eſſe:aut cuius eſt in ratione hoc cui accidit:vt ſedere qdẽ ſic ſeparabile. In ſimo aũt eſt ratio naris:cui dicimus accidere ſimũ.

¶ Probat qđ ſuppoſuerat.ſ.aĩal ⁊ bipes vere eſſe ⁊ non eẽ accñtia:nec homini nec alij ſubo:⁊ duo facit:q2 pmo oñdit q non ſunt accñtia homini.ſcđo q non ſunt accidentia alij.ſecũda ibi.(Si aũt alij.) Circa pmũ.d.ſ.q2 primo premittit qdam preambula neceſſaria ad ꝓpoſitum.ſecũdo ex his q dixerat arguit intentũ ibi.(Si igit hec hũc hñt moduʒ.) Prima pars diuidit in duas fm q duo talia premittit.ſecũda ibi.(Ampli⁹ quecũqʒ.) Primũ aũt qđ requiritur ad concludendũ itentũ eſt quedam diuiſio de accidẽte:q2 accñs dicitur ſupple dupl'r:q2 aut dicitur hoc qđ cõtingit eẽ aut nõ eſſe.ſicut accñs ſepabile:aut dicit accñs in c⁹ rõne eſt hoc cui accidit.i.ſubm:⁊ exẽplificat de vtroqʒ:q2 ſedere eſt accñs ſicut ſeparabile:ſimũ aũt accñs ꝓpriũ. In ſimo enim ẽ rõ naris.i.naſi cui ſimũ accidere dicimus.

Du.p⁹ **Dubitaret** forte aliquis hanc nõ eſſe ſufficientem diuiſionẽ de accidẽte. Nõ eniʒ omne accñs vel eſt ſeparabile vel propriũ:ſʒ eſt mediũ accñs iſeparabile. Nigredo eniʒ nec ſeparatur a coruo: nec eſt propria coruo:ita q in rõne ſiue in diffinitiõe nigri non cadit coruus vel ratio corui.¶ Dicendũ q accidens vel cauſatur a pncipijs ſpẽi:⁊ tũc dicit ꝓpriũ: vl' cauſatur a pncipijs induidui:⁊ tũc dr ſeparabile:accidens ergo ſeparabile h appellatur oẽ illud qđ cãtur ex pncipijs iduidui.Sepabile.n.põt aliqd eſſe ab aliquo dupl'r.vel q2 vnũ põt itelligi ſine altero:⁊ ſic tã propriũ q accidẽs ſunt ſeparabilia a ſubo.nã cum poſſit itelligi prius non intellecto poſteriori:põt itelligi ſuba nõ itellecto ꝓprio vel accidente.ſecũdo mõ põt dici ſeparabile:qñ itelligitur aliquid nõ ſolũ non intellecto illo:ſed ẽt eſſe ſine illo:vt cũ nõ ſolũ intelligitur aliquid itellectu ſimplici ſine aliq: ſʒ etiã itelligitur itellectu diuiſo ſine illo.pt.n.itelligi hõ itellectu ſimplici ſine riſibili: q2 poſſũ itelligere hoĩeʒ ſʒ ſuã qditatẽ:nihil ꝯſiderãdo de riſibili.nõ tñ intellectu diuiſo:q fit fm formationẽ ꝓpoſitionis negatiue. Non.n.põt itelligi homo nõ eſſe riſibilis. aliud eſt eniʒ intelligere homineʒ ſine riſibili:⁊ aliud itelligere ipſum nõ eſſe riſibileʒ:⁊ q2 ꝑ omne accñs qđ cauſatur ex principijs iduidui:cum propriuʒ obʒ itellectus nõ ſit iduiduũ:põt intelligi nõ ieſſe rei. Si.n.nigredo nõ cauſat a principio corui vt coruus ẽ: ſed a principijs h⁹ corui:q2 poſſuʒ itelligere coruũ:non itelligendo hũc coruũ exñteʒ coruũ:⁊ tñ nõ eſſe nigrũ: imo poſſeʒ itelligere ipm eſſe albuʒ:vt videt porphirius velle:qui volẽs dare dfiam inter accñs ⁊ ꝓpriũ ait q poteſt ſubintelligi coruus ⁊ ethiops nitens candore.¶ Ad pñs tñ ſufficiat ſcire q q2 ſeparatio opponit cõponi:nõ eſt ꝓprie ſepatio fm intellectuʒ ſimpliciũ.ſed ſolũ fm intellectũ diuidentẽ ⁊ formanteʒ ꝓpõnẽ negatiuã.oẽ ergo accñs qđ cãtur ex pncipijs iduidui:qũtũcũqʒ iſepabil'r cõcomitetur ꝯplexionẽ induidui ⁊ materiã ſignatã:ſepabile dʒ dici:q2 res fm ſe non ſolũ põt intelligi non intellecto tali accñte.ſed ẽt põt intelligi eſſe ſepata ⁊ diuiſa ab accñte illo:accñs võ ꝓpriũ dr iſeparabile:q2 nõ põt intelligi ſubʒ ſeparatũ ⁊ diuiſum ab illo:vt qđ intelligat non eſſe ſub illo:⁊ q2 in diffinitiõe accñtis:qđ cãtur ex pncipijs ſpẽi:⁊ eſt accñs ꝓpriuʒ:ponitur ſubm:ideo oẽ accñs eſt ſeparabile:in diffinitione cuius nõ ponit ſubm.nigredo.n.corui ⁊ oĩa accñtia induidui ſepabilia dici pñt:accipiẽdo ſeparabile modo quo dictum eſt.¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius quecũqʒ i diffinitiua ratiõe iſunt: aut ex quibus inſunt in ratione alicuius homiʒ non eſt idẽ totius: vt in bipede ratio hominis. Aut in albo que eſt albi hominis. Te.

¶ Premittit ſcđaʒ ꝯditionẽ neceſſariã ad ꝓpoſitũ dicẽs q qcũqʒ ſunt in rõne diffinitiua:aut ea ex qbus fuerint talia diffinitiua in rõne coꝝ nõ ieſt rõ totius.i.diffiniti. Diffinitũ.n.non põt poni in diffinitiõe diffinientũ ipm: nec in diffõne coꝝ ponitur ex quib⁹ ſt hꝰ diffinientia:vt ſi bipes diffinit hoĩem:in bipede ⁊ in rõne bipedis nõ ponit rõ hoĩs:⁊ ſi albũ diffinit hoĩem albũ:in albo non ponetur rõ q eſt hoĩs albi.¶ Notanduʒ aũt q cũ diffinientia ſunt priora ipſo diffinito:ſi diffinitũ caderet in rõne diffinientiũ:idẽ eẽt prius ⁊ poſteri⁹ ſeipſo.¶ Notandũ aũt q qcqd eſt pus pore eſt prius poſteriore.Si ergo diffinientia ſunt priora diffinito q diffiniunt diffinientia.i.ea ex qbus ſunt hꝰ diffinientia:multo magis ſunt priora diffinito.Si ergo hõ nõ ponit i diffinitiõe animalis:nec ponitur in diffinitione eorum ex qbus eſt aĩal:⁊ q diffiniũt aĩal.¶ Deĩn cũ dic.

¶ Si igitur hec hunc habent modũ: ⁊ homini accidit bipes neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. Quare ꝯtinget vtiqʒ non bipedẽ eſſe hominẽ: aut in ratione bipedis ierit hominis ratio. Sʒ ipoſſibile eſt. Illud.n.in illius ratione ineſt.

¶ Ex premiſſis cõditiõib⁹ arguit intentũ.d.q ſi h hunc hñt modũ:⁊ hoĩ accidit bipes.neceſſe eſt aũt ipm eẽ ſeparabilẽ ab hoĩe:⁊ tũc ꝯtiget hoĩeʒ nõ eẽ bipedẽ:qđ eſt incõueniẽs:aut ſi bipes nõ ẽ accñs ſepabile:ſʒ ꝓpriũ:in rõne bipedis ierit rõ hominis.ſed hoc eſt ipoſſibile.illud.n.i.bipes ieſt in rõne illi⁹.i.hoĩs.Si g bipes ẽ diffinitiuũ hoĩs:homo non erit diffinitiuum eius:vt pʒ per iam dicta.¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autem alij accidunt bipes ⁊ animal: ⁊ nõ eſt vtrunqʒ qđ vere eſt aliquid: ⁊ homo vtiqʒ erit accidentium alteri.

¶ Oñdit q bipes ⁊ aĩal non pñt accidere alicui alij ab hoĩe:dicẽs q ſi bipes ⁊ aĩal accidũt alij:⁊ vtrũqʒ nõ eſt aliqd qđ vere eſt hõ:vtiqʒ erit accñtiũ alteri.Si g diffinitũ vere ẽ:⁊ diffinientia vere ſunt:⁊ ſi diffinientia accidũt alicui:⁊ diffinitũ.tũc ſuppleat rõ:q cũ vnũ diffinitũ multa hẽat diffinientia:⁊ ponitur vere eſſe:oportet multa vere eſſe.¶ Deinde cũ dicit.

Sz si qd vere est sit accidẽs nulli: ⁊ de quo ambo ⁊ vtrũqz: ⁊ qd est ex his dicat̃. Ex idiui sibilibus itaqz est omne.

T.c. Ponit scdam rõnẽ parmeni. per quã videbat̃ solui icõ ueniens quod phs dixerat ꝯtra eum: Dicebat̃.n.ꝫ parmenidẽ ꝙ si qd vere ẽ hz ptes q̊dãmõ multa sunt: iõ rõ parmeni. pbat qd vere ẽ eẽ indiuisibile. Credebãt eniz ãtiqui ꝙ nihil eẽt ex̃ subãs corꝑales. ita ꝙ vere ens eẽt solũ corp⁹. volebat.n. parme. ꝙ hꝫ corp⁹ eẽt idiuisibile: ꝑpter qd vere ens ita erat vnũ: ꝙ nullo mõ erat multa: dicebat igitur parmen. ꝙ sit qd vere ẽ: supple dicatur eẽ suba vel corp⁹: ita ꝙ sit accñs nlli⁹: sz magl alia accidũt ei: ⁊ hꝫ corp⁹ siue hꝫ vere ens dicatur eẽ d q̊ ambo. i. de quo ambe partes abscindi pñt: vt si dicatur diuisibile: ⁊ vtrũqz. i. ⁊ pari rõne vtraqz pars oꝫ ꝙ dicat̃ diuisibilis ⁊ que est ex eis. i. ẽt q̃libet pars partiuz dicat̃. s. diuisibilis. q. d. ꝙ si hꝫ corpus dicatur diuisibile: opꝫ ꝙ partes ⁊ etiam ptes partiũ diuidant̃: ⁊ qꝛ semꝑ sic diuisio ꝯtinuabitur: erit deuenire vsqz ad puncta vel ad indiuisibilia: ideo cõcludit: ⁊ omne itaqz. i. totũ illud corpus est ex idiuisibilib⁹: ⁊ tunc cõplenda est rõ: ꝙ cum sit ipossibile corpus eẽ ex indiuisibilibus: ⁊ magnitudinẽ ex nõ magnitudinib⁹: ipoſe erit illud ex quo sequit̃: videlz ꝙ hꝫ corpus ⁊ vere ens sit diuisibile. Notandũ aũt ex hoc parmen. totũ suũ itentũ hr̃e. nã si illud corp⁹: qd ponitur hoꝝ mãle ꝑnciꝑiũ: eẽt qd vere est: ⁊ illud ẽ idiuisibile: ⁊ nullo mõ ẽ mlta: pꝫ tñ vnũ eẽ qd ẽ vere. Notandum ẽt phꝫ hꝫ rõnes antiquoꝝ ita succicte ponere: quia forte erãt adeo note: ꝙ non oportebat eas prolixe explicare. Deinde cum dicit.

Quidã aũt rõnib⁹ vtrisqz aquiescunt. Huic quidẽ qm̃ oia vnũ sũt: si qd est: vnũ significat: qm̃ est: ⁊ qd nõ est. Alteri aũt que ex decisione idiuiduas facientes magnitudines.

Reprehendit platonẽ acquiescentẽ vtrisqz rõnibus parmen. ⁊ duo facit: qꝛ ꝑmo ponit positionẽ platonis. secundo iprobat eã. secũda ibi. (Manifestum aũt est.)

Dicit ergo ꝙ quidã. i. platonici vt dic̃ Cõmen. acquiescunt vtrisqz rõnib⁹ sup. parme. huic quidẽ qm̃ oia vnũ sunt. hec.n. fuit vna rõ parmen. qꝛ dicebat oia esse vnũ huic ãt plo acqeuit: qꝛ ꝯcedebat oia eẽ subaz. accñs.n. collocauit sub nõ ente. dicebat g̊. si qd est. i. si ens significat vnũ. i. non accipitur eqnoce: oia vnũ sunt: qꝛ oia sunt suba: quoniaz sup. si alter eẽt: ẽ ẽt ⁊ qd nõ est. i. qd nõ est esset: quod est inconueniens. acqescebãt ẽt aliꝫ rõni ꝙ est diuidere magnitudinẽ vsqz ad indiuisibilia: iõ subdit. ei aũt rõni acqescunt q̃ est decisionis facientes indiuiduas magnitudines. Notandũ aũt fm platonez quedã eẽ in potentia: quedã in actu: que erãt in po⁹ non appellauit entia sed q̃ in actu. Rursus eoꝝ q̃ erãt i actu: quedã erãt vt sube: q̃dã iherẽtia vt accñtia. ⁊ qꝛ ens est qd hꝫ eẽ: qꝛ sole sube hñt eẽ sole: solã subaz apellauit ens: accñtia võ dixit nõ entia: qꝛ nõ hñt eẽ sed inesse. Dicebat g̊. oia vnum sunt: qꝛ oia sunt suba: ⁊ nihil est extra subam. nã si accñtia: que sunt alia a suba: dicerentur eẽ: verificarent̃ ꝯdictoria: qꝛ qd nõ est eẽt. nã sic accñs qd nõ est sed inest eẽt: qd est inconueniens. Notandum ẽt ꝙ si ens acciperet̃ equoce: qꝛ noia sunt ad placitum: ⁊ idem nome de cõtradictoriꝫ v̾ificat̃ equiuoce: iõ dixit si ens vnũ significet: ⁊ si nõ accipiat̃ equiuoce: sed si accipiatur ens solũ pro hñte eẽ: quo posito accidẽs nõ est ens: qꝛ nõ hꝫ eẽ inesse: qcquid g̊ est suba ẽ. oia ergo sunt vnũ: qꝛ oia sunt suba. Notandũ ẽt parmenidẽ fuisse vsuz duab⁹ rõnib⁹ vna ostẽsiue: videlz ꝙ qꝛ tñ ens est: ⁊ ens ⁊ vnũ ꝯuertunt̃: iõ tñ vnũ est ⁊ oia vnum sunt. Alia aũt rõne vtebat̃ ad ipoſe. vz. ꝙ si hꝫ ens qd dicebat eẽ subam: ⁊ corpus poneret̃ diuisibile: qꝛ qua rõne diuideret̃ totũ possent diuidi ptes: ⁊ etiã ptes partiũ. Iõ cõtinuãdo hꝫ diuisionẽ: eẽt resoluere corpus vsqz ad indiuisibilia. plo aũt acquieuit cõclusioni vtriusqz rationis. acqeuit.n. cõclusiõi rõnis ostẽsiue: qꝛ ꝯcedebat oia esse vnũ: ⁊ oia eẽ subaz. accñs.n. collocauit sub nõ ente. acqeuit etiã cõclusiõi rõnis ad ipossibile: qꝛ faciens magnitudines idiuisibiles ꝯcedebat ꝙ corpus posset resolui in nõ corpa. ex hoc autem apparet ꝙ lr̃a ꝑcedẽs de indiuisibilib⁹ adaptari dꝫ ad parmeni. alr̃.n. non haberem⁹ duas rõnes pme. qb⁹ acqescebat plo. Dein cũ dic̃.

Manifestũ aũt est: ⁊ qm̃ nõ veruz est: qd si vnũ significat qd est: ⁊ nõ possibile est simul ꝯtraditionẽ eẽ verã nõ erit nihil: qd nõ est. Nihil eni ꝑhibet qd non est non simplr̃ esse: sed nõ ens aliqd esse: qd non est. T.c. 31.

Improbat dcm̃ platonis. ad c⁹ euidẽtiã notañ. ꝙ positionẽ ei⁹ de magnitudib⁹ idiuisibilib⁹ h̃ ñ iprobat: qꝛ in de celo ⁊ mũdo sufficiẽter iprobat̃: sz iprobat eũ: quia absolute collocauit accñs in nõ ente: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑmo ostẽdit ꝙ peccabat ꝑ fallaciã ꝯñtis. scdo ꝙ peccabat per fallaz equocatõnis ibi. (Dicere igr̃ ex̃ ipꝫ.) Dicit ergo. mani^m est aũt qm̃ nõ ẽ veꝝ ꝙ si vnũ significat qd est. i. si ens nõ accipit̃ eqnoce: ⁊ nõ ẽ poſe siml̃ ꝯdictionẽ eẽ: qd ñ ẽ. i. accñs: qd põt ñ eẽ l̃ qd ñ ẽ simplr̃: ꝑp h̃ erit nihil. nihil.n. ꝑhibet qd nõ ẽ. i. accñs non eẽ simplr̃. Sz tñ hꝫ nõ ens eẽ aliqd. accñs igr̃ lꝫ ñ sit simplr̃: ẽ tñ aliq̊ mõ: deficiebat g̊ plo ꝑ fallaciã ꝯñtis: cũ dicebat accñs nllo mõ eẽ: eo ꝙ simplr̃ ⁊ ꝑncipalr̃ nõ erat. lꝫ.n. accñs nõ sit simpliciter: sz insit: qꝛ tñ ipm inesse est quod ãmõ eẽ: accñs est aliq̊ mõ ens. Notanduz ẽt ꝙ equoca fm hꝫ nullo mõ significãt vnum. analoga võ ⁊ vniuoca vnũ aliquo mõ significãt. Sz vniuoca sigñant vnũ ꝑ ꝑdicatõez. analoga võ vnũ ꝑ attributionẽ. credebat g̊ plato ꝙ ẽs nllo mõ deberet significare vnũ. sz deberet sumi oĩno equoce: si accñs debeat dici ens. Deinde cũ dicit.

Dicere igit̃ extra ipsuz quod est: nihil aliqd erit aliud: vnũ oia esse inconueniẽs est. Quis enim adiscit ipsum qd est nisi qd vere est: aliquid sit: Si aũt hoc nihil tñ prohibet multa q̃ sunt esse: sic dcm̃ est. Qꝫ quidẽ igitur sic vnũ eẽ qd ẽ: ipossibile sit: manifestũ est.

Ostẽdit plonẽ peccasse ꝑ fallaciaz equocatiõis. d. ꝙ inconueniẽs ẽ dicer̃ oia eẽ vnũ nisi aliqd aliõ erit ex̃ ipꝫ qd ẽ. i. ex̃ subaz. volebat.n. ꝙ ens ñ verificaret̃ d accñte nisi aliqd extra substãtiam esset: ⁊ si ens non verificaret̃ de accidẽte oia erãt vnũ: qꝛ oia erãt suba. equocabat.n. i hoc ꝙ ẽ eẽ ex̃ subaz: qꝛ aliqd eẽ ex̃ subaz ẽ duplr̃. vel qꝛ ẽ sepatũ a suba fm actualem exñtiã: ⁊ sic nãlr̃ nihil est ex̃ subaz. vel dr̃ aliqd eẽ ex̃ subaz: qꝛ differt a suba ⁊ nõ claudit̃ in rõne eius. Iõ ait. qs.n. adiscit. i. qs intelligit ipm qd ẽ. i. ens: nisi itelligat ꝙ aliqd sit qd vere ẽ. i. nisi itelligat subaz: quasi. d. nõ est poſe. Accidens.n. qꝛ sꝑ dependet a suba nõ põt itelligi sine ea: qꝛ nõ ẽ sepatũ ab ipsa. Sed si hec ita se hñt nihil tñ ꝑhibet multa eẽ q̃ sunt sic dcm̃ ẽ. accñs.n. ⁊ suba multa sunt. qꝛ accñs hꝫ aliam eẽntiã a suba. lꝫ fm existentiaz nõ sit sepatuz ab ea. ergo accñs ẽ ex̃ subaz ⁊ nõ est ex̃ subaz. ẽ ex̃ ipaz: qꝛ hꝫ aliam eẽntiã ab ea: ita ꝙ accñs ⁊ suba sũt quodãmõ mlta. nõ

ē āt ex̄ subaꝫ q꞉ nāl'r ē semꝑ in ea ⁊ nō pōt intelligi sine ipsa. ¶ Notādū aūt q꞉ nullus itelligit qd̄ est.i.ens nisi itelligat qd̄ vere est.i.subaꝫ q꞉ gcūqꝫ itelligit ens vel intelligit subaꝫ vel accn̄s. si itelligit subaꝫ: subaꝫ itelligit: ⁊ si itelligit accn̄s subaꝫ itelligit: q꞉ accn̄s sine suba itellectu capi nō pōt. ¶ Ultimo epilogat. ⁊ dicit. ꝙ gdē igr̄ impo'le sit vnū sic supple esse oīa. sicut dicebāt parme. ⁊ mell'. manifestū est ex habitis. Lectio. VIII.

T.c.32. Sicut aūt physici dicūt: duo modi sūt: hi gdē.n. vnū faciētes: qd̄ est corpus subm̄ aut triū aliqd̄: aut aliud qd̄ est igne dēsius: aere aūt subtili⁹: alia aūt gnānt dēsitate ⁊ raritate multa faciētes. Hec aūt sunt ꝯria vl'r aūt excellētia ⁊ defectus: sicut magnū dicit plato ⁊ paruum.

¶ Superius posite sunt opiniones antiquoꝝ nō nāl'r loquētiū. in parte ista narrant̄ opiniones eoꝝ qui quodāmodo nāl'r loq̄bātur: ⁊ duo facit: q꞉ ꝑmo narrat opiniones hꝫ gnāl'r. Scd̄o spāl'r descēdit ad opinionē anaxa. ibi. (Videt̄ āt anaxa). Circa ꝑmū duo facit. q꞉ ꝑmo ponit opiniones ponentiū vnū māle principium. secūdo pōit opiniōes ponētiū plura ibi. (Quidā aūt ex vno.) ꝑma pars diuidit̄ in duas. q꞉ ꝑmo facit qd̄ dictū ē. scd̄o q꞉ fecerat mentiōem de Platone dat dr̄iam inter Platonē ⁊ alios: ibi (Nisi ꝙ h̄ ydē.) ¶ Dic̄ g̊ ꝙ si volum⁹ dicere: sicut phici.i. sicut nāles dicūt duo sūt modi. supple ponēdi vnū māle ꝑnm: q꞉ hi facientes vnuꝫ subm̄.i. vnū māle ꝑnm qd̄ ē corp⁹ aut faciūt ipsuꝫ aliqd̄ triū aut aliud: ꝙ est mediū qd̄.s. est igne densi⁹ aere subtili⁹. Fm̄ āt hos duos modos mālis ꝑncipij ponēdo ipsuꝫ eē aliqd̄ elementū vel esse aliqd̄ mediū: gnānt alia ex illo ꝑncipio: facientes ex eo multa densitate ⁊ raritate. hoc āt .s. rarum ⁊ densuꝫ sunt ꝯtraria. iō sup. multa ⁊ ꝯria pn̄t fieri ex mā vna mediāte raritate ⁊ dēsitate. Addit āt ꝙ excellentia ⁊ defectus vl'r sup. noīant hꝫ contraria: ad excellētiam.n. ⁊ defectum tanqꝫ ad vl'ia ꝑncipia possūt reduci nō solū rarū ⁊ densum que posuerūt dicti phi. Sed etiam ad hꝫ ꝑncipia reduci hn̄t magnū ⁊ paruꝫ: sicut dicit plato qui posuit magnū ⁊ paruū esse rerū ꝑncipia. ¶ Notandū aūt qd̄ dicit sicut phi dicūt: q꞉ hi cū ponerent motū erāt quodāmō nāles respectu parmenidis ⁊ mell'. g ipsuꝫ negabāt. ¶ Notandū aūt qd̄ dicit vnū subiectuꝫ qd̄ est corpus q꞉ antiqui subꝫ ⁊ māle ꝑncipiuꝫ dixerunt ipsum esse aliquid in actu ponētes ipꝫ esse corpus. ¶ Notandū etiaꝫ ꝙ dicit aliquid trium q꞉ nullus phoꝝ posuit solā terraꝫ esse principiū oīum. Sꝫ vel posuerunt ipsum esse ignem qd̄ forte iō mouebant̄ q꞉ est maxime insensibilis. Ideo maxīe videt̄ accidere ad nāꝫ māe que de se non est aliquid sensibile in actu. vel posuerūt ipsum esse aquā q꞉ videt̄ esse maxīe apta vt sit generationi subiecta. vel posuerūt ipsuꝫ esse medium inter ignem ⁊ aerem vel inter aerē ⁊ aquā. ⁊ isti magl accesserūt ad nāꝫ māe: q꞉ plus sepauerūt tale ꝑnm a cōtrarietate. Nullus aūt phoꝝ posuit solam terrā eē hꝫ ꝑncipiū: hesiodus aūt hoc posuit: sꝫ ipse nō fuit phs

ꝑ meth. Cō. 14. sed legista vt Cōmen. narrat. ¶ Notandū etiam ꝙ nō solū magnum ⁊ paruū que fuerunt principia apud Platonē dicūt excellentiaꝫ ⁊ defectum q꞉ magnū dicit excellentiā ⁊ paruū defectū: sed ēt rarū ⁊ densuꝫ h̄ dicūt. rarū enim defectū nominat: q꞉ qd̄ tale est. hꝫ parum de mā: densum vō nominat excellentiā q꞉ ꝙ tale est habet multum de mā vel possum⁹ dicere ecōuerso: ⁊ forte magis ad ꝑpositū ꝙ rarū dicit excellentiam: q꞉ multū hꝫ de forma: ⁊ densum defectū: q꞉ est minus formale: hoc aūt videt̄ magis esse ad propositum: q꞉ rarū ⁊ densum fm̄ dictos phos dicebant̄ ꝑncipia formalia. defect⁹ ergo ⁊ excellētia in eis sūt magis accipiēda ex ꝑte forme q̄ꝫ ex ꝑte materie. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nisi qd̄ hoc quidē hoc facit materiā vnū aūt speciē. Alij vero vnū quidē subiectū materiā: ꝯtrarias aūt differētias ⁊ species.

¶ Dat dr̄iam inter dictos phos ⁊ Platonē dicēs ꝙ h̄.s. plato. h̄.s. magnū ⁊ paruū facit māꝫ: vnū aūt facit spēm .i. formā. alij vero ecōuerso faciunt vnum subm̄. ⁊ mām ꝯtraria vō faciūt dr̄ias ⁊ spēs.i. dr̄ias formales. ¶ Notanduꝫ aūt platonē non modo nostro nec modo humano phatum fuisse. cognitio enim nostra incipit a sensu ⁊ ex sensib⁹ tendim⁹ in intelligibilia. plato vero ecōuerso ex intelligibilib⁹ in sensibilia voluit. ꝓcedere: ⁊ sicut vidit ex parte intellectus sic credidit eē ex ꝑte rei: ⁊ q꞉ itellectus ex plurib⁹ ꝑticularib⁹ abstrahit vnuꝫ vl'e: ꝙ ꝑticularia sunt mālia respectu vl'is ⁊ abstractio magis fit ex parte forme. iō posuit pluralitatē ex parte māe. ⁊ vnitateꝫ ex parte forme. credidit.n. ꝙ sicut intellectus itelligit vl'e ꝙ ē vnū ꝑter multa: sic eē in rerū nā ꝙ eēt aliqs hō sepat⁹ a ꝑticularib⁹ hoībus sicut itelligit̄ ꝑter ꝑticulares hoīes: ⁊ illū hominē sic abstractū ⁊ sepatuꝫ dicit esse ydeam formā ⁊ quiditatē oīuꝫ ꝑticulariū hominū: ⁊ posuit ipm facere ad gnātionē taliū oīum: vnitatem ergo posuit ex parte forme: pluralitatem vō ex ꝑte māe: q꞉ dixit vnā ideaꝫ. In plures mās. Dicti vero phi naturales ex sensibilib⁹ ꝓcesserūt ad itelligibilia. videbant.n. ꝙ vna forma nō fit alia: raritas.n. nō fit dēsitas. Sꝫ mā que est sub forma rari efficitur postea sub forma densi. Sic aūt vnitas est ex ꝑte materie. pluralitas ex ꝑte forme: plato g̊ i loquēdo de nālib⁹ fuit sophista: q꞉ n̄ ꝓcedebat ex ꝓprijs cū n̄ ꝓcederet ex sēsibilib⁹. Cū ꝓpriū sit nālis phie circa sensibilia intendere.

Dubitaret forte aliqs. q꞉ vr̄ pōnē Platōis verā fuisse. Nā cū n̄ exn̄te aliq̄ ꝑticulari rosa possēꝫ rosaꝫ intelligere: videt̄ ꝙ rosa vt est obꝫ intellect⁹ sit aliqd ꝑter ꝑticulares rosas. tunc quero de hꝫ rosa sic intellecta vel est aliqua res. vel nulla. si nulla tūc rosa nō exn̄te intellectus rose esset quasi intellect⁹ chymere: qd̄ est inconueniens. Dub

Amplius si rosa ꝑticulari nō exn̄te qd̄ itelligeretur de rosa nō esset res aliq̄: ⁊ diffinitio data de rosa nō esset diffintio quid rei. sꝫ solū quid nominis. Tales aūt diffinitiōes sunt figmētoꝝ: quoꝝ nō pōt eē sciētia: qd̄ de rosa dicere ⁊ rosa ꝑticulari n̄ exn̄te nō est bene dictū vt in oꝑe qd̄ fecimus super de gnātōe ondim⁹. Rosa g̊ q̄ est obm̄ itellect⁹ est aliqua res alia a rosis ꝑticularibus: hoc viso pꝫ rōnabilē apparere positionē Platōis posuit.n. ipse ydeas nihil aliud esse q̄ꝫ quiditates. abstractas rerum. quarū erat scientia q̄s dicebat esse quedā vl'ia ⁊ obꝫa intellectus. ¶ Rn̄dendū ꝙ i ponēdo positionē ꝑdictā est duplex deceptio. vna est ignorātia distinctionis iter entia vt hn̄t de se esse subsistēs ⁊ vt sunt res ꝑdicamēti. Rosa.n. nulla ꝑticulari existente rosa est res ꝑdicamenti. Sꝫ nō est aliqd existens nec hn̄s eē actuale in reꝝ nā. iō nō est sicut chimera: q꞉ chimera nō est res ꝑdicamēti. res.n. est in predicamento ꝑ suā qditatē: esse vero est preter rōnem quiditatis. cum ergo rosa desinit actualiter esse non desinit habere suam quiditatem. Sufficit enim ad rationem quiditatis ꝙ aliquid sit in potētia. ergo eo ipso ꝙ rosa remanet in suis causis ⁊ est in potētia ad esse competit ei ꝙ

sit res pdicamēti ꝛ qd possit esse obiectū ītellect⁹. secūdo est deceptio in dicta pōne qꝛ imaginatur sic intellectū ferri in suū obiectū sicut sensus fertur in sensibile imaginabatur eniꝫ plato ꝙ sicut opꝫ sensibile habere in actu eē ꝛ eē in ꝯspectu sensus vt sentiri possit sic vniuersale: qd est obm ītellect⁹ qd dicebat esse ydeā credebat ꝙ actualiter existeret ꝛ haberet eē actu sepatuꝫ vt intelligi possꝫ. credebat ergo ꝙ nisi res hēret eē actuale ad eam non posset terminari actio ītellectus. Sꝫ sic sensibilia ẜꝫ esse qd habent in reꝝ nā sunt ꝛ actu sensibilia: ideo nō indiguit ponere intellectū agentē vt Cōmen. ait super tertiuꝫ de aīa: sicut nec nos īdigem⁹ ponere sensum agentē: sed vt alibi hꝫ declarari res iste in quas noster ītellect⁹ ferī sunt ītelligibiles in potentia ꝛ fiunt intellecte in actu in lumine intellect⁹ agētis: qꝛ mediāte tali lumine in ītellectu possibili formanī diffinitiones ꝛ cōceptus reꝝ in qbus reā ipas ītelligim⁹. In ipso. n. cōceptu quē formo de rosa rosam intelligo. sufficit ergo ꝙ sit actualr̄ talis ꝯceptus in aīa ad hoc ꝙ intelligere possim ea que sunt res pdicamēti. Non aūt opꝫ ꝙ ipse res sint actu sepate a suis pticularib⁹ ꝛ offerant se intellectui vt intelligantur: sicut sensibilia se offerāt sensui vt sentianī. ⁋ Opposita aūt non est difficile soluere. Nam cū dicit rosa particulari nō existēte vtꝝ intelligā aliqd vel nō. aliqd ītelligo nō ꝙ sit actu existēs in seipso: sed ꝙ est in suis causis: ꝛ ē res predicamenti. Cū vō addiī ꝙ diffinitio ꝛ cōceptus talis non differat a cōceptu chimere: sed solum dicit qd nominis. pꝫ hoc falsum esse: cū rosa non sit ens solū apud aīam: sed ēt sit res pdicamēti si remaneat in suis cāis dato ꝙ non habeat actuale esse. ⁋ Notanduꝫ aūt ꝙ plato dr̄iam ex pte māe appellabat magnū ꝛ paruū. posuit. n. ydeas eē super ītelligentias sup aīas ꝛ super māꝫ corporalē: ꝛ vna ꝛ eadē ydea īprimebat similitudineꝫ suā in ītelligētias in aīas ꝛ in mām corporalē: sed intelligentie influētiaꝫ illam recipiebāt magis vlr̄. aīa vō min⁹ vlr̄. mā vō corporalis oīno particulr̄: ꝛ qꝛ oē receptiuuꝫ hꝫ aliquo mō rōnē māe: ideo taꝫ mā corporalis ꝙ anime ꝛ ītelligentie erant aliq̊ mō mālia respectu ydee: ex parte g̊ materie erat magnū ꝛ paruū ẜm ꝙ magis ꝛ min⁹ vlr̄: recipiebatur īflux⁹ ydealis in ītelligentias aīas ꝛ māꝫ corporalem: vel si magnū ꝛ paruū volum⁹ referre ad solaꝫ materiam corporalem dicemus eē paruū ꝛ magnuꝫ respectu talis māe ẜꝫ ꝙ vna mā corpalis erat magꝭ disposita ad suscipiendū hꝫ influxū q̄ꝫ alia. ⁋ Notandū etiā ꝙ qꝛ plato de sensibilib⁹ non loquebaī ẜm modū ppriū iō de nālib⁹. q. nō nālr̄ loquebaī: iō positio ei⁹ q̄si hic icidentalr̄ ē adducta. ⁋ Deinde cū dicit.

⁋ Quidam aūt ex vno iherentes cōtrarietates segregant: quēadmodū anaximādros dixit: ꝛ quicūqꝫ aut vnū ꝛ mlt̄a dn̄t eē sic ēpedocles ꝛ anaxagoras. Ex ꝯmixtōe nāqꝫ segregāt alia.

⁋ Determiat de ponētib⁹ materiale pncipiū vnū chaos confusum. ꝛ tria facit: qꝛ primo ostendit illos qui ponebant tale pncipium. scdo dat differētiā inter eos. tertio spālr̄ descendit ad positionē anaxag. secūda ibi. (Differunt āt.) tertia ibi. (Videī aūt anaxag.) Dicit ergo ꝙ qdā ex vno chaoꝫ ꝯfuso segregāt ꝯrietateꝫ. i. ꝯrias foraꝫ ꝛ ꝯrias res iherētes. i. laritātes ī illo chaos: quēadmoꝫ dixit anaximandros: ꝛ qcūqꝫ dicūt eē vnū aliqd ꝛ mlt̄a supple segregantes ex illo ꝯueniūt aliquo mō cū anaximandro sicut empe. ꝛ anaxag. qui ex mixtiōe. i. ex illo confuso ꝛ cōmixto alia segregant. ⁋ Notandū aūt empedocleꝫ. ꝛ anaxag. ꝛ anaximandros posuisse vnū chaos cōfusum aliter tn̄ ꝛ aliter qꝛ empe. posuit in illo chaos esse cōfusa: ꝛ cōmixta q̄ttuor elemēta: nec distinguit vtrū illud chaos hēret rōnē pncipij respectu elementorum vel ecōuerso. vt supra librū de gnatōe plen⁹ diximus. anaxag. vō ꝛ anaximandros posuerūt illud mixtū eē cōfusum ex infinitis similiuꝫ partiuꝫ aliter tn̄ ꝛ alr̄: qꝛ vt diciī anaxag. posuit ꝯsimiles ptes eē pncipiū illius chaos anaximandros vō econuerso. Possumus tamen aliter dicere ꝛ melius: quia anaxag. differebat ab anaximādro: qꝛ nō dixit illud chaos confusuꝫ eē quid diuinū: sed pter ipm posuit intellectum tāqꝫ aliqd diuinū. anaximandros vō vt dicitur infra posuit ipm infinitū qd dicebat chaos esse aliquid diuinum. oēs eniꝫ isti tres posuerunt chaos aliquo mō esse pn̄ᵐ materiale rerum. sed anaximādros posuit ipsum eē pncipiū oīuꝫ alioꝝ non solū materiale: sed ēt effectiuū: qꝛ dixit ipsuꝫ eē qd diuinū. anaxag. vō posuit illud nō eē pn̄ᵐ simplr̄: qꝛ nō dixit ipꝫ eē. pn̄ᵐ p se ꝛ pmo respcū silīū ptiū. sꝫ respectu mixtoꝝ que sepabanī ab ipso. dixit. n. ab illo chaos non separi aliqd puꝝ: sꝫ qcqd sepabaī erat mixtū. p se g̊ pmo erat illud chaos pn̄ᵐ mixtoꝝ. ex ꝯnti vō ꝛ quodā mō erat pn̄ᵐ respectu partiū silīū: sic ꝙ forte empe. posuisset hꝫ chaos eē pn̄ᵐ respectu mixtoꝝ: sꝫ vtꝝ eēt pn̄ᵐ respectu elemētoꝝ nō certificant. ⁋ Deiñ cū dicit.

⁋ Differunt aūt abinuicē: in eo ꝙ hic circulationē facit hoꝝ: hic autem semel: ꝛ hic quidem infinitas similes partes ꝛ contrarias: Ille xō vocata elementa solum.

⁋ Dat dr̄iaꝫ inter dictos phos. d. ꝙ differūt abinuicē in eo ꝙ hic. s. empe. facit circulationē hoꝝ. Dicebat. n. aliqñ corrūpi elt̄a ꝛ generari chaos ꝛ aliqñ aūt ecōuerso: ita ꝙ ẜm eū infinities generabaī mundus ꝛ corrūpebatur. H aūt. s. anaxa. ꝛ etiā anaximandros semel sup. generant mūduꝫ: qꝛ ex quo incepit ītellect⁹ separe aliqd ab illo chaos semp separabit ꝛ nūqꝫ deficiet. scdo differūt qꝛ hic. s. anaxag. ꝛ ēt anaximandros sup. ponūt pncipia eē reꝝ īfinitas dr̄ias ꝛ īfinitas ptes ꝯsimiles ꝛ īfinitas ptes ꝯrias. ille vō. s. empe. ponit esse hꝫ pncipia solū vocata q̄tuor elemēta. ⁋ Notandū aūt ꝙ partes ꝯsimiles anaxag. ꝛ anaximandros posuerūt eē rerū pncipia: sed anaxag. hui⁹ partes dicit eē pncipia pma: anaximādros aūt illud chaos dixit eē pn̄ᵐ respectu taliū partiū. qlibꝫ tn̄ istoꝝ in q̊libꝫ posuerūt īfinitas partes ꝯsimiles vt infinitas partes auri vel argenti: ꝛ etiam in quolibet posuerūt īfinitas portes differentes ꝛ ꝯrias: qꝛ in q̊lꝫ ponebant qōlꝫ. erāt. n. ẜꝫ eos in q̊lꝫ īfinite partes auri ꝛ argenri plūbi carnis ossis: ꝛ sic in īfinitū. Lectio. IX.

Videtur autem anaxagoras sic īfinita opiari: vt accipiat cōeꝫ physicoꝝ opinionem esse verā: tāqꝫ nō fiat nulluꝫ eorum: ex eo qd nō est: ꝓpter hoc. n. dicunt ꝛ erant simul omnia. ꝛ fieri huiusmodi statuerunt alterari: alij autem congregationem ꝛ segregationem. T. c. 33.

⁋ In parte ista descēdit specialiter ad positōeꝫ anaxag. ꝛ duo facit. qꝛ pmo declarat positionē eius. scdo qꝛ ipse posuit pn̄ᵒ. finita īprobat ponētes īfinitatē pncipioruꝫ. ibi. (Si igitur īfinitū.) circa pmuꝫ duo facit: qꝛ primo oñdit qūo anaxag. pbat pōnē suā verā esse. scdo manifestat qūo soluebat ad rōnes in ꝯtrāū factas ibi. (Sꝫ pp pamitatē) Circa pmū duo facit ẜꝫ ꝙ duas rōnes adducit: per quas anaxag. positionē suā oñdebat veram esse.

scđa ibi.(Amplius ex eo.)Dicit ergo ꝙ anaxag. sic videtur opinari infinita pͣncipia vt accipiat eē veraȝ cōmunē opinionē phicoꝝ.i.naturaliuȝ tāq̄ nō fiat aliqd ex eo qđ nō est:sed qcqd fit.fit ex ente ꝑꝑ h̄ sicut dicunt simul erāt oīa qꝛ supple oīa ex oībus sunt:qđ nō eēt nisi oīa in oībus essent:ꝛ addit ꝙ huiꝰ oīa fieri quidaȝ statuerunt.i.dixerūt eē idē ꝙ alterari. Aliꝗ aūt dixerūt eē ꝯgregatōeȝ ꝛ segregationē.¶ Notandū aūt ꝙ anaxag. vocē ꝓpꝛiā ignorauit qꝛ cū poneret chaos ꝯfusuȝ ꝛ poneret multa pͣncipia cū deberet dicere gnātionē eē aliā ab alteratione dixit generati ꝛ corrūpi esse idē ꝙ alterari.aliꝗ vō gnōnē sepauerūt ab alteratiōe:qꝛ gnōnē ponebāt ꝑ cōgregationē:corruptionē ꝑ segregationē.tāgiť ḡ
p.t.c.ꝑ dr̄ia hic illa que latius in libro de gnātione ponitur inter anaxag.ꝛ alios.¶ Deinde cū dicit.

¶ Amplius ex eo ꝙ fiūt ex alterutris ꝯrīa. In-
T.c.34. erāt ergo. Si.n.omne qđ est fit necesse ē fieri: aut ex his que sunt:aut ex his que nō sunt. Horum aūt illud qđ est ex his que nō sunt aliquid fieri:īpossibile est. De hac.n.ꝯuenisūt opiniones oēs qui de nā sunt. Reliquū iā ꝯtingere ex necītate putauerūt:ex his q̄ sunt ꝛ īsunt fieri.

¶ Ponit secūdam rōnē dicens ꝙ ex eo:qđ ꝯrīa fiunt ex alterutris.i.ex se inuicē.ierant ergo sup. in se inuicē:ꝛ q̄ ratione sup.cōtraria in simul sunt rōne pari oīa in oībꝰ erunt.addit aūt ad declarationeȝ dictoꝝ:ꝙ si omne qđ fit necesse ē fieri aut ex his que sunt.i.ex ente aut ex his que nō sunt.i.ex nō ente:qꝛ aliud hoꝝ est īpossibile.vȝ. aliquid fieri ex his:que nō sunt.imo de hac opinione cōuenūt oēs q sunt de nā.oēs.n.naturales phi timuerūt cōcedere ex nō ente aliqd fieri:ꝛ qꝛ nihil fit ex nō ente: ideo putauerunt reliquū ex necessitate iam ꝯtingere: vȝ.oīa fieri ex his que sunt ꝛ insunt. ¶ Notandum aūt antiquos phos nesciuisse distinguere inter ens in potētia ꝛ ens in actu.qcqd.n.fit:fit ex ente ꝛ non ente:ex nō ente in actu ente tm̄ in pō.Caro.n.fit ex non carne actu sed potentia. Antiqui.n.qꝛ non ponebant ens in pō.esse mediū inter ens actu ꝛ nihil.si posuissent aliquid fieri ex non ente in actu credidissent illđ fieri ex nihilo. Posuerunt ergo generationē ex ente in actu vt negarēt eā esse ex nihilo.Caro ergo nō generabať nisi ex actu carne.Si igitur oīa generantur ex oībus ꝛ contraria ex cōtrarijs.vnum contrarium est actu in alio ꝛ omnia sunt actualiter in omnibus.¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed ꝓpter paruitatē magnitudinū ex īsensibilibus nobis:vnde dicūt eē in omne misceri: ꝓpter id ꝙ omne ex omni videbāt fieri.

¶ Determinat de causa efficiente dicēs: q̄ amplius dicitur causa efficiens: vt de eo qd̄ est vnuꝫ primum principiuꝫ mutationis aut quietis: vel qd̄ est causa vt causa cōsilians vel vt est causa vt pater filij. ⁊ oīo.i. vlr̄ faciēs facti ⁊ cōmutans cōmutati. ¶ Notandum auteꝫ q̄ causa dupliciter patest accipi.primo q2 quedam est pncipalis quedaꝫ secundaria ⁊ coadiuuans.secundo potest distingui causa: quia quedaꝫ est vniuersalis: quedaꝫ particularis:quātum ergo ad causaꝫ principalem ⁊ secundariam aut vnum primum principium:aut consilians:ita q̄ per primum principium intelligit causam principalem per consilians vero coadiuuantem et secundariam . quantum vero ad eā vniuersalem ⁊ particulareꝫ ait.pater faciēs ⁊ ꝯmutās.faciēs.n.est vniuersalior causa q̄ pater.⁊ cōmutans est vniuersalior q̄ faciens.mouere enim est in plus q̄ agere: vt vult philosophus in pmo de gnātiōe caplo de actu. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc auteꝫ queādmodū finis . Hoc auteꝫ est qd̄ cuius causa: vt ambulādi sanitas ꝓpter quid est ambulat dicimus: vt sanetur. Et dicētes sic opinamur assignare causaꝫ.

¶ Determinat de causa finali:⁊ duo facit:q2 pᵒ. determinat de fine.secundo de his que sunt ad fineꝫ.ibi. (Et q̄cunq̄ iam mouente.) Dicit ergo. q̄ adhuc se habet: vt causa qd̄ se habet: quemadmodum finis.hec autem est cuius causa alia fiunt vt sanitas est finalis causa ambulandi:quia si queritur propter quid ambulat dicimus vt sanetur:⁊ sic dicentes opinamur assignare cām eius qd̄ queritur. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et quecūq̄ iam mouēte alio iter media fiūt finis: vt sanitas: macies: aut purgatio: aut potiones: aut organa. Omnia.n. hec finis gratia sunt. Differunt tamen abinuicē. Qd̄ alia quidem opera: alia vero organa. ¶ Cause quidē igit̄ fere tot modis dicuntur. T.c.30.

¶ Quia dixerat qd se hꝫ vt finis:ondit q̄ se hn̄t vt ad finē dicēs.q̄ q̄cūq̄ alio mouēte sūt itermedia iter pᵐ mouentē ⁊ vltimū finē sūt grā finis siue sūt ad fineꝫ: vt grā sanitatis sūt macies.i.attenuatio corꝑis purgatio potiones.organa.n.flōmia.oīa.n.hec sūt grā finis siue sūt ad finē.Differūt tn̄ abīuicē:q2 alia qdē sunt opa.alia vo organa.purgatio.n.corꝑis pōt fieri ꝑ opa: vt ꝑ iter ⁊ exercitiū ⁊ ꝑ organa: vt ꝑ flōmiā.subdit aūt.q.ꝑ moduꝫ epylogi q̄ cāe fere tot modis dicunt̄ . ¶ Notādū aūt q̄ sꝫ Alexādrū dicit fere ꝓꝑ cās ꝑ accn̄s.oēs.n.cāe assignate sunt cāe ꝑ se: vel dicit fere sm̄ Cōmēta.ad designādum dubietatē:q2 ꝑ ea que dicta sunt nō plene ostēsuꝫ est esse tm̄ q̄tuor cāꝝ gnā.Sꝫ q2 h̄ alibi pleniꝰ declarabit̄.ideo hic sub dubietate dr̄. ¶ Deinde cum dicit. Cō.30.

¶ Contingit autē multipliciter dictis causis: ⁊ multas eiusdem causas esse non secundum accidens: vt statue statuifica ⁊ es: non secunduꝫ alteruꝫ aliquid: sed secunduꝫ q̄ est statua. Sꝫ non eodem modo. sed hoc quideꝫ vt materia: illud autem sicut vnde motus.

¶ Assignat q̄sdā ꝯditiōes sequētes hꝰ cās:⁊ tria facit: pᵒ q̄ tres ꝯditōes ponit.2ᵒ ibi.(Sūt aūt q̄dā.)3ᵒ ibi.(Amplius aūt eadeꝫ.)Dicit ḡ.q̄ causis dictis multiplr̄ contingit eiusdē rei multas eē causas nō sꝫ accn̄s vt statuifica ⁊ es:sunt cā statue nō sꝫ q̄ aliqd alteꝝ.i.nō ꝑ accn̄s sꝫ sꝫ q̄ est statua.i.ꝑ se:sꝫ nō eodē mō:sed h̄ qdē.s.est cā statue: vt mā.illud aūt.s.statuifica siue artifex est causa sicut vnde motus.i.efficiens:non est autem inconueniens in diuersis generibus causaꝝ eiusdeꝫ rei per se esse diuersas causas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem quedaꝫ ⁊ adinuiceꝫ cause: vt laborare causa est boni habitus: ⁊ h̄ laborandi Sed non eodem modo. Sed hec quidem sicut finis: illa sicut pricipiū motus.

¶ Ponit secūdā ꝯditionē videlicet q̄ q̄dā sunt sibiipsis cause adinuicē vt laborare est cā boni habitus.i. sanitatis.⁊ h̄.s.bene se hr̄e scdꝫ corpꝰ siue esse sanū causa est laborandi:sed nō eodē modo:sed hoc.s.bonus habitus est causa sicut finis.illa aūt.s.laboratio est causa sicut principiuꝫ motus.i.est causa efficiens.

Dubitaret forte aliqs:q2 nō vr̄ posse q̄ duo aliq̄ sic se hr̄e possint q̄ vnū sit cā alteriꝰ ⁊ ecōuerso:nō.n.est icōueniēs q̄ aliqd sit priꝰ altero nālr̄: ⁊ tn̄ sit posterius illo quo ad nos. Sed q̄ vnum ⁊ idē respectu eiusdeꝫ sit prius ⁊ posterius naturaliter nō videtur Dub. pᵒ

possibile. Cuz ergo vniuersaliter semper sit causa prior effectu si idē respectu eiusdez esset causa ꝛ effectus tunc idē respectu eiusdē esset prius ꝛ posterius nāliter: qḋ videtur incōueniēs. ¶ Dicēdū ꝙ nō est incōueniēs aliquid eē tale simplr ꝛ eē oppositū. q. ꝓm qd. sicut ethiops est niger simplr est tn̄ alb⁹ ꝓz qd: ꝛ qꝛ ꝓoritas quo ad nos est ꝓz qd respectu prioritatis nāe: nō est incōueniēs vnū ꝛ idē respectu eiusdē esse prius nā nō prius quo ad nos. Rursus aūt si ꝯsideram⁹ ordinē sciendi vel demōstrandi ꝓpter quod est introductū negociū. In ipsa prioritate nature est assignare gradus: est enim hic ordo in causis ꝙ finis īponit necessitatē efficienti efficiens forme ꝛ forma materie: ideo. n. sic agit agēs: qꝛ sic requirit finis: ꝛ ideo est talis forma: qꝛ talis efficiēs: sic etiā ideo est talis mā: quia ordinatur ad talē formam: finis ġ in ordine demōstrādi est prior oībus causis: vnde Cōmē. appellat finē causaz causaꝝ. prioritas ergo ꝓz efficiens est q̄si ꝓz quid respectu prioritatis finis: ꝛ qꝛ nō est inconueniens idem esse prius simpliciter ꝛ posterius ꝓm quid: non est incōueniens idez esse causam in genere causaꝝ finaliū: ꝛ esse effectū respectu causarū efficiētiū: ꝛ si ex hoc quis vellet arguere ꝙ si idē hoc modo esset causa ꝛ effect⁹: esset prius ꝛ posterius seipso cōmitteret fallam accidētis: quia variaretur ibi medium: cum non eodem modo sit prius ꝛ posterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Amplius autem eadem causa contrariorum est. Que enim presens causa huius est hanc ꝛ absentem causam aliquando contrarij: vt absentia gubernatoris nauis submersiōis cuius erat presentia causa salutis.**

¶ Ponit tertiā conditionē cāruz: ꝙ eadem cā potest esse cōtrarioꝝ aliter ꝛ aliter accepta: qꝛ cā que est presens. i. per presentiā est cā h⁹. s. salutis: hāc eādem cām absentē: idest per absentiā ꝯtingit aliquādo esse causaz cōtrarij. vt absentia gubernatoris ē causa submersiōis nauis cuius presentia erat causa salutis: sic etiā circa finē de gnātione ostēdimus ꝙ sol motus in obliquo circulo presentia sua causat gnātionē: absentia vō causat cōtrarium vt corruptionem. ¶ Deinde cum dicit.

T. c. 31. ¶ **Omnes autem nunc dicte cause in q̄tuor incidunt modos manifestissimos. Elemēta eni syllabaꝝ: ꝛ mā vasorū: ꝛ ignis ꝛ huiusmodi corpoꝝ: ꝛ ptes totius: ꝛ suppositiōes conclusionis sicut ex quo cause sunt.**

¶ Ut faciliorem tradat doctrinā resumit sub cōpendio oīa genera cāruz: ꝛ duo facit: qꝛ primo sub quodā cōpendio determinat de causis intrinsecis. secūdo de extrinsecis. ibi. (Semen aūt ꝛ medicus.) Circa p̄mū duo facit. qꝛ primo sub cōpendio narrat causas intrinsecas. secundo dat differētiaz inter eas. ibi. (Harum autez hec quidem.) Dicit ergo. ꝙ omnes hꝫ cause que dicte sunt incidunt in q̄tuor modos manifestissimos. i. in q̄tuor maneries vel in quatuor genera manifesta. nā littere sunt causa syllabarū: ꝛ mā est cā vasorū: ꝛ ignis ꝛ alia elemēta sūt causa hꝫ corporū: ꝛ premisse cōclusionis. ꝛ addit. ꝙ oēs hꝫ cause sunt sicut ex quo. Pro quo notāduz ꝙ inter hꝫ causas narratas quedā sunt magis māles vt mā vasoꝝ: ꝛ elemēta corpoꝝ: ꝛ premisse cōclusionis: quedā aūt magis formales: vt elemēta syllabaruz: ꝛ partes totius si accipiātur partes formales. ¶ Notādum aūt ꝙ causa sic̄ ex quo aliquādo dicit̄ solū causa materialis: vt cū dicit̄ ex ferro fit cultellus: aliquādo cause sicut ex quo dicunt̄ oēs cause intrīsece tā mā q̄z forma. dicimus eniz ex aīa ꝛ corpore eē hoīez. cū igit̄ hic dicit̄ ꝙ oēs dicte cāe sunt sicut ex quo. ly sicut ex quo. ōnotat vniuersaliter omnes cās intrinsecas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Harum autem he quidez sunt sicut subiectū ꝛ partes: Alie aūt sunt sicut qḋ quid erat esse: totum ꝛ compositio ꝛ species.**

¶ Quia exemplificauerat de causis intrinsecis: cum cause intrinsece sint tā mā q̄z forma: dat drīaz īter cās ītrīsecas. d. ꝙ haruz. i. causaꝝ intrinsecarū he quidem sunt sicut subiectuz: ꝛ vt ptes. i. sicut māe. alie aūt sunt sicut qḋ qd erat esse: ꝛ sicut totū ꝛ cōpositio ꝛ spēs. i. sicut forma. ¶ Notādum aūt ꝙ ly haꝝ. nō solum referenduz est ad exempla posita. Sꝫ vlr ad oēs cās ītrīsecas: īter q̄s q̄dā se hn̄t vt mā ꝛ subm: q̄dā aūt vt forma ꝛ spēs. ¶ Notandū ēt ꝙ forma ꝑ cōparationē ad ītellectuz dr̄ qḋ qd erat esse: qꝛ qḋ qd est: est obiectū ītellect⁹: sꝫ per cōparationē ad māz dr̄ totū ꝯpositio ꝛ spēs: aliter tn̄ ꝛ aliter. Nā ꝓm ꝙ mā triplr pōt accipi: sic ꝛ forma ꝑ ꝯpationē ad ipsam triplex nomē sortit̄. est. n. mā q̄dā ꝓcdꝫ ꝯpōnē vt lapides sunt mā dom⁹: q̄dā ꝓz alterationē: vt cib⁹ alterat⁹ dr̄ esse mā sanguinis: quedam autez est mā ꝓm alterationem ꝛ ꝯpositionē: vt quatuor elementa sunt materia mixtoꝝ: māe ergo ꝓm ꝯpōnez respōdet forma: vt dicit̄ ꝯpō: ꝓcdꝫ alterationē vō respōdet forma: vt dr̄ spēs. Sꝫ māe secūduz alterationē ꝛ ꝯpōnem sicut ex aceto ꝛ melle fit oximel: pōt respōdere forma vt totuz.

Dubitaret forte aliquis: qꝛ vr̄ sibi phs ꝯdicere. aliqn̄. n. dicit partes se tenere ex pte māe. aliquādo enim videt̄ velle ꝙ partes se teneant ex parte forme. ¶ Dicēduz ꝙ ꝓm quosdā ptes habēt semper rōnez materie respectu eius cuius sunt partes. non est tn̄ incōueniens aliqua esse partes vnius ꝛ habere rationez forme respectu alterius: vt ea que sunt partes nature sunt materialia respectu nature: possunt tamē esse forma respectu compositi. Sed hꝫ nō videtur quietare intellectum: quicquid enim est pars nature humane: est etiam pars hominis. Ideo dicitur aliter: ꝙ nō est incōueniens partes pertinere ad mām ꝛ ad formam aliter ꝛ aliter acceptas: qꝛ ꝓm phm. 7. meta. quedaz sunt partes materiales rei in quarum diffinitione ponitur totum: sicut semicirculus est pars materialis circuli: qꝛ in diffinitione eius ponitur circulus: est eniz semicirculus portio circuli secata a dyametro. littere autem vt in eodem 7. habetur sunt partes formales syllabe: non est ergo inconueniēs alias ꝛ alias partes esse formales ꝛ materiales: immo eedē partes relate ad vnum pertinent ad materiam. relate vero ad aliud ad formam: vt cuprum est pars materialis circuli: sed est pars formalis circuli cuprei. totum enim illud quod pertinet ad speciem ꝓm ꝙ huiusmodi est: potest dici pertinere ad formam. quod ergo philosophus aliquando vult partes dicere quid materiale cuiusmodi sunt partes quantitatiue totius. aliquando vero ait eas dicere quid formale vt partes diffinitionis nullum inconueniens est si considerentur que dicta sunt.

Alterius forte dubitaret aliquis. qꝛ dicit suppositiones ꝛ premissas esse materiā ꝯclusionis: qḋ nō videt̄ verꝝ. p̄misse. n. vident̄ esse cā efficiēs cōclusionis. efficiēs aūt ꝛ mā nō ōcidūt in vnum. ¶ Dicendum ꝙ in premissis est cōsiderare medium terminum: maiorē extremitatē ꝛ minorē: ꝛ virtutē medij termini ꝑ quā vna extremitas de alia cōcluditur: ita ꝙ medius terminus nunq̄z ingreditur conclusionem: sicut nec

ilelse ingreditur archam. sunt ergo premisse causa efficiens conclusionis ratione medij: et se habent vt materia eius ratione extremitatum. non ergo efficiens et materia coincidunt in idem: quia aliud est ibi vt materia: aliud vt efficiens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Semen autem et medicus et consilians et oio faciens omnes sunt vnum principium mutationis aut status aut motus est.

¶ Sub quodam compēdio determinat de causis extrīsecis: et pͦ de cā efficiēte. scdo de finali ibi. alie vo sicut finis. dicit gͦ qꝫ semē et medicus et ↄsiliās et oio faciēs oēs hꝰ cāe sunt cāe: vñ pnͥᵐ mutatiōis aut motus aut statꝰ. ¶ Notandū qꝫ phs cū vult loq de cā efficiēte semper appellat eā: vñ pnͥᵐ motꝰ: qꝛ solus efficiēs ꝓprie mouet. finis enī nō mouet nisi metaᶜᵉ forma. n. nō agit: sꝫ pōt eē rō agēdi. per māꝫ eniꝫ nō hꝫ qs pncipaliter qꝫ agat: sꝫ qꝫ patiatur. cū gͦ semē maris: in quo est quedā virtꝰ actiua: et medicꝰ et talia reducant ad genꝰ cāe efficiētis: dicunī esse talia vñ pnͥᵐ mutatiōis aut motus. quō aūt differt mutatio a motu in qnto patebit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Alie autem sicut finis et bonū alioꝝ. Que enī est cuius causa potissima est: et finis alioꝝ voluit esse. Differt autem nihil eandem dicere bonam vel videri bonam. ¶ Cause quidem igitur he et tot sunt specie.

¶ Determinat de cā finali dicens: qꝫ alie cāe se hñt sicut finis et bonū alioꝝ: et qꝛ finis vr̄ esse. q. cā causaꝝ et pricipalioꝛ alijs: subdit qꝫ cā illa que est cuiꝰ cā. i. ꝓpter quam alia fiūt: est potissima causaꝝ: et voluit eē finis alioꝝ: qd̄ totū dictū est ad ↄmēdādū causam finalem. addit aūt qꝫ nihil differt eādem cām finalē dicere esse bonam vel videri eē bonā. ¶ Notādū aūt qꝫ finis mouet agētē inqͣtum apprehēdit sub rōne boni. bonū. n. apprehēsum ē motiuū volūtatis. sufficit gͦ qꝫ aliqd videat bonum et apprehendat vt bonū ad hꝰ vt consideret vt finis: vtꝝ aūt sit vere bonū nō diuersificat negocium. ¶ Vltio aūt p modū epylogi ait. qꝫ cāe sunt he q dicte sūt et sūt tot spēs vl' tot maneries cāꝝ quot dicte sunt. Lec. VI.

Modi autem causarum numero quidē sunt multi. Capitales autem et hi minores. Dicuntur autem cause multipliciter. Et ipsarum similiū specieꝝ et priꝰ et posterius altera alteriꝰ: vt sanitatis medicꝰ et artifex. Et dyapason duplum et numerus: et semꝑ cōtinētia ad vnūquodqꝫ.

¶ Postqͣ phs determinauit de spēbꝰ cāꝝ et ostēdit quot sunt cāꝝ genera: in pte ista determinat de modis eaꝝ et tria facit: qꝛ in assignādo modos causaꝝ pͦ ponit qͣttuor cōbinatiōes. scdo reducit illas ↄbinatiōes ad seinuicem. tertio assignat quedā documēta circa cōbinationes pdictas. scda ibi: (Sꝫ tamē oēs he.) 3ͣ ibi. (Differūt autem tantū.) ¶ Ad euidētiā aūt pme ptis sciēdū qꝫ modi causaꝝ quadruplr̄ ↄbinari possunt. Prima combinatio est qꝛ cause vel sunt ꝓprie vel sunt cōes. Scda est. qꝛ vel sunt per se vel per accidēs. Tertia est. qꝛ vl' sunt actu vel potētia. Quarta ē. qꝛ vel sūt simplices vel cōposite. quattuor gͦ facit: qꝛ pͦmo determinat de pͦma ↄbinatiōe. secūdo de secūda. tertio de tertia. qͣrto de qͣrta. 2ͣ ibi. (Amplius sicut accñs.) 3ͣ ibi. (Preter aūt oēs.) 4ͣ ibi. (Amplius aūt ↄplexe.) Dicit gͦ qꝫ modi causaꝝ numero qdē sunt multi: sed et hi q sunt capitales sunt minores. i. sunt pauciores. qꝫ autē plures sint tales modi. pꝫ: qꝛ cause dicuntur multipliciter. nā ipsaꝝ similiū spēꝝ. i. in eodē genere cāe reperit̄. s. diuersitas modoꝝ et multiplicitas: qꝛ causa alteriꝰ. i. alicuiꝰ pōt accipi: vt priꝰ et posteriꝰ altera. idest vt cōis et ꝓpria: vt cā sanitatis est medicꝰ et artifex: sed medicus est cā ꝓpria. artifex cōis. Et sicut in genere cāe efficiētis reperit̄ cōis et ꝓpria: sic et in genere cāe formalis: qꝛ forma dyapason est duplū et numerus: sꝫ duplū est ꝓpria. numerus vo cōis. et semper cōtinētia et vlia ad vnūqdqꝫ se hñt sicut cā cōis respectu ↄtentoꝝ. ¶ Notādū qꝫ modi causaꝝ hic traditi valde vl'r sumunt̄. qlibet enim illoꝝ modoꝝ hꝫ sub se multos modos. Nā cū dicimus. causaꝝ alia cōis alia ꝓpria: tā cōis qͣꝫ ꝓpria hꝫ sub se diuersos modos. Nā cōis et ꝓpria accipi pñt sꝫ diuersa genera causaꝝ: sicut ēt per se et per accidens hñt diuersos modos. Nā per accidēs dr̄ cā remouēs ꝓhibēs et sine qua nō: et ēt multis alijs modis. bene ergo dcm̄ est: qꝫ modi causarū sunt multi: sed capitales et accepti in quadam summa sunt pauciores. ¶ Notandū etiam qꝫ causa communis et propria dupliciter accipi possunt: vel secundum causalitatem: vel secundum predicationem. aliter enim sol causa est cōmunis respectu virtutis pullulatiue in planta: et aliter artifex respectu medici. Artifex enim est communis causa respectu medici secundum predicationem: quia omnis medicus est artifex nō ecōuerso: sed sol respectu virtutis pullulatiue est communis secundum causalitatem: quia ad plura se extendit causalitas solis qͣꝫ illius virtutis. qualitercunqꝫ ergo accipiatur cōmune et proprium: semper vnum se habet vt continens: aliud vt contentum. vniuersalia enim et genera cōtinent suas species. et virtutes superiores celestes continent has inferiores: licꝫ continentia hic et ibi nō eodem modo accipiantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autem secundum accidens et boꝝum genera: sicut statue et aliter policletus: et aliter statuam faciens: quoniam accidit statuā facienti policletum esse. Et continentes secundum accidens: vt si homo causa sit statue aut omnino animal. Sunt autem accidentium alie alijs longius et propius: vt si albus et musicus causa dicuntur statue. T.c.33.

¶ Ponit aliam combinationem: et dicit qꝫ quedam cause se habent sicut accidens: et eorum genera: quedam vero sicut per se: et exponit quid est esse per se et quid per accidens: dicēs qꝫ aliter est causa statue policletus: aliter statuā faciēs: qꝛ statuā faciēs ꝑ se est. Policletus autem est causa per accidens: qm̄ accidit statuā faciēti policletū eē: et sicut policletꝰ ē cā per accidēs: sic vniuersalia ad policletum: sunt etiam causa per accidens: ideo subdit. qꝫ continentes per accidens. idest continentes causam per accidens. supple sunt etiam causa per accidens: vt si homo est per accidēs causa aut omnino animal: et omnino animal: vt habet alia littera erit causa per accidens. addit autem qꝫ ipsorum accidentium est aliquis ordo: ideo subdit qꝫ ipsorum accidentiū. idest de numero ipsarum causarum accidentalium alie cause sunt longius et alie propinus: vt si albus et musicus dicātur causa statue albus erit causa longinquioꝛ et musicus propinquioꝛ.

Dubitaret forte aliquis vtrum policletus vel sortes sit causa per accidens. videtur qꝫ non. ratio enim actionis etiam per se loquendo non solum est forma: sed etiam subiectum. Si ergo ars statuifica: vt in subiecto habꝫ esse in policleto: policletus erit Dubͦ pͦ

causa statue per se. eo eniz ipso φ forma determinat sibi
debitū subiectū: τ nō pōt per se existere rō agēdi: nō solū
est forma: sed subz. ¶ Dicēdū φ rō agēdi per se τ ꝓ ꝯpe-
tit forme. Si aūt ꝯpetat subo h̄ est inq̄ꝫtum stat sub for-
ma. Si ḡ accipit̄ subm nō vt stat sub forma que est rō il
lius actionis: statim accipit̄ nō vt causa per se: sed vt per
accidēs. Policletus eniz per aliā formā est Policletus
τ hō: τ per aliā est artifex. rō aūt ꝓpria faciēdi statuā nō
est forma per quam est policletus vel per quā est homo
sed per quā est artifex. si ḡ subm nūq̄ꝫ est principalis rō
agēdi: sed forma: nūq̄ꝫ dꝫ subm esse: vt est per se rō agēdi
nisi vt stat sub forma. nūq̄ꝫ. n. qđ est per se est tale nisi ꝑ
respectū ad ꝑmū: cū igit̄ policletus nō nominet subm vt
stat sub forma: que est rō faciēdi statuā: sequit̄ φ sic sum
ptus policletus nō sit causa statue per se: ꝫ per accidēs.
ex hoc aūt appere pōt φ si subm nō hꝫ φ agat nisi ꝑ for-
maz: cū in eodē subiecto possint esse diuerse forme. qua-
rū vna est rō agēdi: τ non alia: subiectū cōsideratuz sub
forma actiua erit per se agēs. acceptū aūt sub alia forma
dicet̄ agēs nō per se: sed per accidēs. vnū ḡ τ idē subꝫ ali
ter τ aliter acceptū ſm φ refert̄ in aliā τ aliā formā erit
causa per se τ per accidēs. ex hoc etiā apparere pōt φ cū
ex oī forma possit sumi q̄dā ordo ꝑdicamētalis: q̄ attēdi
tur ſm genꝰ τ spēm: si subiectū acceptū sub forma spēi es
set causa per accidēs: acceptū sub genere illꝰ forme erit
etiā cā per accidēs: iō bn̄ dictū est. φ si cause sunt sicut ꝑ
accidēs τ harꝫ gn̄a: q̄ꝛ si hō est cā per accidēs τ aīal est cā
per accidēs. qđ vero obyciebat̄ φ subiectuꝫ est causa ꝑ
se: pꝫ: q̄ꝛ vt dcm̄ est: qđ est per se nō est tale nisi per ꝯpara
tionē ad formā: τ q̄ꝛ ꝑncipalitas actiōis sumit̄ ex forma
subꝫ nūq̄ꝫ ē ꝑ se efficiēs cā nisi ꝯsideratū vt stat sub forᵃ.

Dub. 2ª Ulterius forte dubitaret aliq̄s: q̄ꝛ nō vr̄ φ in cau-
sis per accidens reperiatur aliq̄s ꝓpius
vel lōgius. ꝓpius. n. τ lōgius nō reperiūt nisi in his que
dicūt aliquid determinatū. hec aūt que sūt per accidēs
dicūt q̄d īdeterminatū. ḡ in talibꝰ talia reperiri nō hn̄t.
¶ Dōm φ per accidēs dupl'r pōt sumi vel ex pte effectꝰ
vel ex pte cause. ex pte aūt effectꝰ sumit̄ qn̄ non fit illud
sed fit aliq̄d annexū illi: vt aperiēs fenestrā illumiat do
mum: nō q̄ꝛ faciat lumē: ꝫ q̄ꝛ facit aliq̄d ad qđ cōsequit̄
huiꝰ illuminatio: ex pte aūt cāe sumitur per accidēs: qn̄
aliq̄d nō ē cā: ꝫ est ānexū cause: vt si albedo ē in edifica-
tore: albū erit cā domus per accidēs: q̄ꝛ est annexū edifi
catori: q̄ est cā per se. ꝓpius ḡ τ lōgius in causis per acci-
dens nō accipit̄ ex pte actionis: q̄ꝛ causa per accidēs ꝫ
φ hꝰ: nō hꝫ φ determinate agat: ꝫ talia accipiunt̄ ex p-
te cōnexionis. Nūq̄ꝫ. n. eēt aliq̄ cā ꝑ accidēs nisi aliquē
ordinē vel aliquā cōnexionē haberet determiate ad ali
quā causaz: vt ad eā que est cā per se: scđꝫ ḡ φ ꝯnexio est
maior τ minor hic accipit̄ ꝓpius τ longius in hꝰ causis.
hꝰ aūt cōnexio quātuꝫ ad pn̄s tripliciter sumi pōt. ꝑ ſm
reꝫ. scđo ſm subm. τ tertio ſm determinationē. ſꝫ rē au
teꝫ sic. policletus est ānexus statue facienti: q̄ꝛ idē real'r ē
policletus τ statuā faciēs. differt aūt rōne ꝓut ꝯsiderat̄
sub alia τ alia forma. Scđꝫ subꝫ aūt sic. musicū annecti-
tur faciēti statuā: q̄ꝛ in eodē subiecto vt in intellectu hꝫ
esse ars factiua statue τ musica: ſm determinationē aūt
sic. risibile ānectit̄ statuā faciēti: q̄ꝛ risibilitas determi-
nat sibi hoīeꝫ cui ꝯpetit eē artificē τ factorē statue. scđꝫ
ergo hos tres modos accipitur lōgius τ ꝓpius in causis
per accidēs. Nā ꝓprior est ista. policletus facit statuā q̄ꝫ
musicus: q̄ꝛ maior est idētitas rei q̄ꝫ subiecti. policletus
eniꝫ ad faciētē statuā: hꝫ idētitatē realem. musica vō ad
statuificā hꝫ idētitatē rōne subiecti in quo sunt. quātuꝫ
vero ad 2ᵐ modū ꝓprior est ista. musicus facit statuā q̄ꝫ
albꝰ: q̄ꝛ albedo est in corpore. musica vō est in aīa: τ est in
eodē subiecto in quo est ars factiua statue. q̄ꝫtū vō ad 3ᵐ
modū ꝓprior est ista. risibile facit statuā q̄ꝫ coloratū fac̄
statuā: q̄ꝛ risibilitas magis determinate inest artifici et
factori statue q̄ꝫ color. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Preter autē omnes τ ꝓprie dictas τ secun- Tex.
duꝫ accidens. alie quidē sicut potētes dicunt̄:
alie vero sicut operantes: vt edificādi domuꝫ
edificator: aut edificās edificator.

¶ Ponit tertiā cōbinationē: τ duo facit: q̄ꝛ ꝑ facit qđ di-
ctū est. scđo ostēdit hos modos τ has ꝯbinatiōes sil'r re-
periri in causis τ effectibꝰ. scđa ibi. (Sil'r aūt dicunt̄.)
Dicit ḡ. φ ꝑter oēs hꝰ dictas causas ꝓprie. i. ſꝫ se dictas
τ ſꝫ accidēs. supple est alia ꝯbinatio causaꝝ: q̄ꝛ alie q̄dē
dicunt̄ sicut potētes. i. sunt cause in potētia. alie vō sicut
operātes. i. sunt cāe in actu. Ut edificator ē causa edifi-
candi domū in potentia. Aut est edificator edificans in
actu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter aūt dicunt̄ τ in q̄bꝰ cause que sunt Tex.
cāe i his q̄ dcā sūt: vt hꝰ statue: vt statue aut τ
oīo imaginis τ eris huiꝰ vt eris: aut τ oīo ma
teriei: τ in accidētibꝰ similiter est.

¶ Ostēdit φ sil'r se hꝫ in effectibꝰ sicut in causis. d. φ ea
que dicta sunt. s. esse ꝓpius τ cōiꝰ sil'r dicūtur in his que
sunt cause. idest in causis: τ in his quibus sūt cause. idest
in effectibus: vt artifex est causa huius statue: que est ef
fectus particularis τ proprius aut est causa statue: que
est cōmunior q̄ꝫ hec statua aut ē causa oīo. idest vniuer-
saliter ymaginis: que est cōior q̄ꝫ statua: sicut etiā est ali
qua causa hꝰ eris: aut eris: aut oīno māei: τ in accidenti-
bus sil'r. potest enim effectus per accidens accipi specia
liter τ generaliter. ¶ Notandum autem φ sic effectus
potest accipi special'r τ general'r: sicut τ cā sic potest acci
pi in potētia τ in actu: τ ꝑ se: τ ꝑ accidens: sicut τ cā. Sed
h̄ forte tacuit ph̄s cā breuitatis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Amplꝰ autez cōplexe τ iste τ ille dicuntur: Tex.
vt non policletus neq̄ꝫ statuaꝫ faciens: sed po
licletus statuam faciens.

¶ Ponit quartam combinationem dicens φ amplius
cause dicuntur complexe. supple iste per se: τ ille per ac-
cidens: τ dicuntur etiam simpliciter. supple. vt policle-
tus non est causa complexa: nec statuam faciens est cau-
sa complexa: sed totum hoc. policletus statuam faciēs.
est causa complexa siue composita: componitur. n. ex sta
tuā faciēs: que causa est per se: τ policletus: que est causa
per accidēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sꝫ tn̄ oēs he sunt multitudine q̄dē sex: dicte
aūt dupl'r. Aut. n. sicut singulare: aut sicut ge-
nus: aut sic̄ accn̄s: aut sic̄ genꝰ accn̄tis: aut sic̄
ꝯplexe: he aut sicut simpl'r dicte. Oēs aūt actu
operātes aut secundum potentiā sunt.

¶ Reducit hꝰ cōbinationes ad seinuiceꝫ. Ad cuius eui
dentiam sciendum φ tres dictaruꝫ combinationuꝫ pos
sunt reduci ad aliam: q̄ꝛ proprium τ cōe per se: τ per acci-
dens simpliciter τ compositum reducuntur ad poten
tiā τ actum. quodlibet enim istoruꝫ potest distingui per
potentiam τ actum. cum ergo sint tres combinationes
reducte ad aliaꝫ. τ habeant sex modos. τ quilibet istoꝝ Co.
modorum distingui habeat per potentiam τ actum: oēs
modi sic multiplicati erunt duodecim: vt Cōmentator
dicit. hoc est ergo qđ ph̄s ait. φ omnes he combinatio-

nes: vel omnes hi modi multitudinis sunt sex. dicte aūt dupl'r: q2 quelibet illar᷑ combinationū diuidit᷑ per potentiā ⁊ actum. omnes enim cause aut dn̄r sicut singl'e: idest aut dicūtur sicut singulares: aut sicut genus: idest sicut generales: ⁊ hoc quantum ad primaꝫ combinationem: aut dicuntur sicut accidens aut sicut genus accidentis q̄ntum ad scđaꝫ combinationem. ⁊ he etiam cāe aut dicunt᷑ sicut complexe aut sicut simpl'r dicte: q̄ntum ad tertiaꝫ combinationē: ⁊ q2 omnes he tres combinationes distingui possunt per potentiā ⁊ actum: ideo subdit ꝙ oēs aūt sunt opantes actu aut ꝫ̃ potentiā. ❡ Notandum ꝙ in repetendo scđaꝫ combinationeꝫ q̄ fuit ꝙ cause vel sunt per se vel per accidens: omittit hoc qđ est per se ⁊ distinguit alter᷑ mēbr᷑ qđ est eē ꝑ accn̄s: q2 cā ꝑ accn̄s vel ē spālis vel generalis. ❡ Deinde cū dicit.

T.c.37. ❡ Differunt aūt in tantū ꝙ operantes quidē ⁊ singulares simul sunt ⁊ non sunt: ⁊ quor᷑ sunt cause: sicut hic medicās cū hoc qui fit sanus: ⁊ hic edificator cū hoc edificato. Que autem sunt secundū potentiā nō semper. Corrūpunt᷑ .s. nō simul domus ⁊ edificator.

❡ Dat q̄dam documenta. circa hos modos causar᷑: ⁊ tria facit: fm ꝙ tria documenta ponit. scđa ibi. (Opꝫ auteꝫ semper.) tertia ibi. (Amplius aūt alie.) Primū documentum est tale. ꝙ cāe in actu ⁊ in potentia in tn̄ differunt ꝙ cause singulares ⁊ opantes in actu simul sunt ⁊ non sunt cum his quor᷑ sunt cause: sicut hic medic⁹ cuꝫ hoc infirmo qui fit san⁹: ⁊ hic edificator cum hoc edificato. sed cause que sunt ꝫ̃ potentiam non sp̄ sunt simul: quia non simul corrūpit᷑ domus ⁊ edificator. ❡ Notādum autē ꝙ dicit cāe singulares sic operātes: q2 actiones: ⁊ opa proprie sint singularium.

Dub. pᵃ Dubitaret forte aliquis. q2 nō videt᷑ verum ꝙ cause in actu simul sint cuꝫ suis effectib⁹. Ex quo enim domus est actu cōpleta est effectus i actu: ergo ⁊ cā sua erit in actu: q2 quales sunt effect⁹ tales sunt cāe. sed domus actu existens nō simul corrūpit᷑ cum edificatore. ergo nō opꝫ cās in actu simul esse ⁊ corrumpi cū suis effectib⁹. ❡ Dōm ꝙ quedam sunt cause esse rei vt cause intrinsece: ⁊ ēt cause extrinsece si sint rē conseruantes in esse: q̄dam aūt sunt cause fieri rei sicͭ edificator est causa domus: nō ꝙ domū cōseruet in eē: sed quia est cā fieri eius. Ad hoc ergo genus cāe reducitur omne genus: qđ sic efficit reꝫ: ꝙ tn̄ eam non ꝯseruat in esse. Cum ergo res dicatur esse actu quādo hꝫ esse. dicatur esse in potentia qn̄ est in fieri: quia qđ fit non est sed pōt eē: sequitur ꝙ cā in actu dicat᷑ causa esse rei: cāe vͦo in potentia dicantur cause fieri rei. ❡ Rursuꝫ autē aduertendum. ꝙ lꝫ cāe fieri rei respectu esse ipsius rei dicantur esse in potentia: respectu tn̄ ipsius fieri dicunt᷑ cāe in actu. His visis qđ querit᷑ nō hꝫ dubiū: q2 cause eē rei sūt vt cause: simul sunt ⁊ nō sunt cuꝫ ipsis rebus. cāe aūt fieri rei nō opꝫ sil' esse cuꝫ ipsis rebus. Sed vt actu cāe sunt: simul sunt cum ipso fieri. Nō enim est intelligibile ꝙ edificator edificet actu nisi ipsum fieri dom⁹ vel ipsum edificari sit in actu: nec etiā esse potest ꝙ ipꝫ fieri dom⁹ vel ipsum edificari sit in actu nisi aliqs actu edificet. Si ergo edificator referatur ad ipsum fieri c⁹ est cā in actu vt est in actu edificator simul est ⁊ non est cum ipso edificari ⁊ cum ipso fieri: q2 si edificari est in actu ⁊ edificator in actu ⁊ ecōuerso: ⁊ si edificari nō est i actu nec edificator ē i actu nec eͦ. Sꝫ si edificator referat᷑ ad ipaꝫ domū cui⁹ dr̄ esse cā in potentia nō opꝫ sil' esse vel non esse cum ea: pōt enim corrūpi domificator domo manente ⁊ ecōuerso. Signanter ergo phūs dixit cām in potentia esse respectu domus edificande: q2 cā in potentia est causa fieri. Res aūt dum est in fieri nō est facta sed est fienda. Sic etiam cum voluit exemplificare de causis in potentia ꝙ non opꝫ esse simul: dixit ꝙ non simul corrumpit᷑ domus ⁊ edificator. Notās ꝙ edificator respectu domus nō est cā esse in actu sed ē cā fieri ⁊ in potentia. ❡ Qr vero obycit᷑ ꝙ domus in actu habet causas in actu: dōm ꝙ ille cāe sunt cause intrinsece: quibus corruptis corrumpit᷑ domus. edificator .n. respectu domus non est causa esse ⁊ in actu: nec est cā cōseruans ipsam. Ideo vno corrupto non oportet corrumpi aliud. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Oportet aūt semp causā vniuscuiusqꝫ sūmā querere sicut ⁊ in alijs: vt homo edificat qm̄ edificator est: edificator autē secundū edificationē. Hec aūt prima causa est: ⁊ sic in oibus. T.c.38.

❡ Dat secūdum documētum dicens ꝙ vniuscuiusqꝫ rei naturalis opꝫ querere causam sūmam idest ꝑncipalē ⁊ primam sicut querimus in alijs idest in artificialibus vt cum cā querit᷑ in artificialibus quare homo edificat dicimus qm̄ est edificator: edificator autē edificat fm artem edificatiuam. hec autem .s. ars edificatiua est prima causa respectu edificij ⁊ sic in artificialibus queritur prima causa: sic ⁊ in omnibus. supple nālibus querēda est prima causa. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Amplius aūt alie quidē genera sunt gener᷑: alie aūt singulares singularū vt statue statuā quidē faciēs. He aūt ⁊ huius ⁊ potētias quidem possibiliū operantes autem ad operata.

❡ Quot quideꝫ igitur cause sint: ⁊ quōcause sunt nobis determinata sint sufficiēter. T.c.39.

❡ Dat tertiuꝫ documentū dicens ꝙ generū sunt alique cause que sunt genera: singularū aūt sunt alique cause que sunt singulares vt statue causa est statuam faciens huius autem statue causa est hic statuam faciens: ⁊ cause secūdum potentias sunt cause possibiliū: cause autem operantes in actu sunt cāe ad opata: sicut ergo diuersificantur effectus sic diuersificant᷑ cause: q2 singulariuꝫ sunt cāe singulares: vniuersaliū vniuersales: possibiliū possibils. actualiū in actu. Ultimo aūt epylogat: ⁊ dicit ꝙ quot sunt cause ⁊ quomodo sunt cause determinatū sit nobis sufficienter.

Lectio. VII.

Dicitur aūt ⁊ fortuna ⁊ casus de numero causar᷑. Et multa ⁊ esse ⁊ fieri ꝑpter fortunā ⁊ ꝑpter casum. Quo igit᷑ modo in his causis est fortuna ⁊ casus: ⁊ vtr᷑ idē sit fortuna ⁊ casus aut altera: ⁊ oino qd sit fortuna ⁊ casus ꝯsiderandū est.

❡ Postq̄ phs determinauit de causis per se. in pte ista determinat de fortuna ⁊ casu que sunt cāe per accn̄s: circa qđ duo facit: q2 pͥmo continuat se ad dicenda. scđo exequit᷑ de intento. scđa ibi. (Quidam enim ⁊ si sint.) Dicit ergo ꝙ fortuna ⁊ casus dicit᷑ esse cār᷑: idest de numero causar᷑: qđ pꝫ q2 dicimus multa esse ⁊ fieri ꝑpter fortunam ⁊ casum: q2 ergo fortuna ⁊ casus vident᷑ habere rōnem cause. cōsiderādū ē ergo q̄uo in his causis nālibus est fortuna: ⁊ vtr᷑ idem sint fortuna ⁊ casus: aut altera. ⁊ vl'r ꝯsiderādū est qd sit casus ⁊ fortuna. ❡ Notandum aūt ꝙ cū in hoc libro intendat phs determina-

re de causis naliu volēs assignare rōnē q pertineat ad hanc doctrinaȝ determinare de casu ⁊ fortuna aīt ea eē de numero cāꝝ. Nam si in hoc libro intenditur vniuersaliter de causis: ⁊ fortuna ⁊ casus habent rōnem cause: sequitur q spectat ad hanc doctrinam determinare vl considerare de casu ⁊ fortuna.

Dub. pᵐ. **Dubitaret** forte aliquis. vtrū de casu. ⁊ fortuna possit esse scientia. ⁊ videt q non: qꝛ de his que sunt per accīs nō est cure arti; nec de talibꝰ est scientia: sed casus ⁊ fortuna sunt hꝰ. quare ⁊c. ¶ Dicendum q cum omnis scientia sit p necessarias rōnes de casu ⁊ fortuna ⁊ vniuersalr̄ de causis per accīs determinari potest in sciētia inq̄tū de eis sumi possunt quedam necessarie rōnes: vt si casus ⁊ fortuna sunt in paucioribus: ⁊ sunt p̄ter intentionē: ⁊ h̄ de necessitate competunt casui ⁊ fortune: ⁊ cognoscere hoc de casu ⁊ fortuna non dicit cognitionē contingentem sed necessariaȝ. possumus ergo dicere q sicut de corruptibilibꝰ potest esse scientia: inquātum de eis formari possunt incorruptibiles rōnes: sic de cōtingentibus ⁊ de his que sunt p accidens pōt eē scientia: inquātuȝ de eis talibus formari pn̄t rōnes necessarie. vnus ergo modus soluendi ē: q de fortuna ⁊ casu potest esse scientia inq̄tum aliqua de necessitate cōueniunt fortune ⁊ casui ſm q̄ de eis certa cognitio capi potest. Alio modo potest solui qđ querit: qꝛ cognitio cause per accidens q̄si assimilatur cognitio-
T. c. 4. ni sermonis sophystici: vt īnuit phs. vi. meth. sicut ergo loquimur de cognitiōe sillogismi sophistici: sic suo modo loqui possumꝰ de cognitione causaꝝ per accidens. Si ergo queratur an possit haberi cognitio ⁊ sciētia sillogismi sophistici sicut nūc querimꝰ de causis per accidens. dōȝ esset vt super elench. diximus: q esset pōt scīa de sillogismo sophistico: sed non per sillogismū sophisticum: syllogismus enim sophisticus ſm q hꝰ est: nō aggenerat scientiam sed deceptionē. sic potest haberi scīa ⁊ cognitio de cā per accīs: sed non per cām per accidēs: scire enim aliquid per mediū accidentale siue per cām per accidens: non est scire sed ignorare. Qꝛ vero obycit q de his que sunt per accidēs nō ↄsiderat ars; dici potest q de his que sunt per accidens ſm accidentales rationes ars non considerat: sed de his que sunt per accidens: inq̄tum de eis aliqua necessaria enunciare cōtingit: sic nihil prohibet habere scientiam de his que sunt per accīs: īmo sic habere scientiam de eis quodam mō magis est habere scientiam de necessarys q̄ȝ de p accidens. ¶ Uel possumꝰ dicere q scīa nō ↄsiderat per cās per accidēs: potest tn̄ ↄsiderare de cāis per accīs vt pȝ per iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

T. c. 40 ¶ **Quidā enim si sint an nō dubitāt. Nihil enī fieri a fortuna dicūt: sed omnium esse aliquaȝ causam determinatā: quecūqȝ nos dicimus a casu fieri aut a fortuna: vt veniēdi a fortuna in foꝝ: ⁊ reperiēdi quē volebat: queȝ nō est opinatus ante: causa est veniētē velle emere. Similiter autē ⁊ in alijs que a fortuna dicuntur: semp est aliquā accipere cāȝ sed nō fortunā.**

¶ Exequitur de intento. ⁊ duo facit: qꝛ p̄mo exequit̄ de casu ⁊ fortuna. Narrādo opiniones alioꝝ. scđo determinando veritatem. scđa ibi. (Primū quidē igit̄.) Circa primū tria facit: ſm q tres opiniōes narrat circa casuȝ ⁊ fortunā. scđa ibi. (Sūt aūt quedā.) tertia ibi. (Sunt quidā aūt quibus videt̄ esse.) Circa p̄mū duo facit: qꝛ primo ponit dictam positionem. secundo improbat eā ibi. (Sed mirabile hoc videbit̄). Circa primū duo facit: ſm q duas rōnes adducit: per quas dicti phi suā positionem defendebāt. scđa ibi. (Quoniā si aliqđ erat.) Dicit ergo: q quidam dubitant an sint fortuna ⁊ casus an nō: credūt enim talia nihil esse. Nihil enim fieri dicunt a fortuna ⁊ a casu: sed quecunqȝ nos dicimus fieri a casu aut fortuna: oium illoꝝ dicunt esse causam determinatā: vt veniendi fortuna in foꝝ ⁊ reperiendi debitorem quē volebat: quē anteq̄ȝ veniret ad forum nō est opinatus inuenire: hꝰ veniendi vel reperiēdi cā determinata est venientem velle emere. simlr̄ autē ⁊ in alys que dicunt̄ fieri a fortuna semp est accipere aliquā cāȝ determinatā: sed non fortunā: fortuna. n. nullꝰ est causa. posset aūt ſm Cōmen. sic formari ratio. cū fortuna videatur esse de genere cāꝝ: si fortuna eēt aliqđ: eēt alicꝰ Cō. 40.
causa: sed nullius est cā. ergo nihil ē. ¶ Deīn cū dic̄.

¶ **Quoniaȝ si aliquid erat fortuna iconueniēs vtiqȝ videbitur: sicut ⁊ vere est. Et dubitabit vtiqȝ aliquis: ꝑpter quid nullus antiquoꝝ sapientuȝ causas de generatione ⁊ corruptione dicēs de fortuna aliquid determinauit. Sed sicut visum est nihil opinabantur: neqȝ illi aliquid esse a fortuna.** T. c. 41.

¶ Ponit scđam rationem: ⁊ dicit q si fortuna esset aliquid sicut ⁊ vere est: incōueniens vtiqȝ videbit̄: ⁊ dubitabit vtiqȝ aliquis ꝑpter quid nullus antiquoꝝ sapientum dicens causas de generatione ⁊ corruptione nihil determinauit de fortuna. est ergo vis rōnis: q si fortuna eēt aliquid antiqui sapientes de ea determinassent. Sed nihil de ea determinauerūt: ⁊ sicut visuȝ est nihil opinabant̄ videlȝ illi eē fortunā. ergo p locū ab auctoritate fortuna nihil est. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Sed ⁊ mirabile hoc videbitur sicut vere est. Multa enim ⁊ sunt ⁊ fiunt a fortuna ⁊ a casu: que nō ignorantes quoniā est inferre vnūquodqȝ in aliquā causam eoꝝ que fiunt: sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam ⁊ casum. Tamen horum alia quidem dicunt esse omnes a fortuna: alia non a fortuna.** T. c. 42.

¶ Improbat dictam positioneȝ soluendo rationes predictas et duo facit: qꝛ primo soluit rationem primam. secundo scđam ibi. (Unde hoc quodā mō.) Dicit ergo q mirabile hoc videbitur. s. non esse fortunam ⁊ casuȝ sicut vere est: idest sicut vere est mirabilis hec pō: vel sicut vere est aliquid esse casum ⁊ fortunaȝ. vel mirabile videtur de antiquis: qui nihil determinauerūt de casu ⁊ fortuna: cum tamen vere sit fortuna ⁊ casus: multa eniȝ sunt ⁊ fiūt a fortuna ⁊ casu: que nō ignorantes qm̄ est referre vnūqđqȝ talium in aliquaȝ causam eoꝝ que fiunt: idest in aliquā cām per se: sicut dixit rō antiq̄ destruēs fortunā ⁊ casuȝ: h̄ tn̄ nō obstāte q vnūqđqȝ ē reducere in cām per se: alia hoꝝ que videmꝰ dicūt oēs eē a fortuna: alia aūt nō a fortuna. ¶ Notanduȝ aūt: q dicit antiqua ratio. idest p̄ma rō destruens fortunā ⁊ casum: qꝛ tn̄ due rōnes facte sunt ad ꝓbandū fortunā non esse: p̄ma tn̄ rō ꝓbat fortunā nō esse: qꝛ qđlibet est reducere in causam p se. ¶ Notandum etiā q oē per accīs reducit̄ ad per se: illud enim dr̄ eē per accīs: q ē p aliđ. tunc queram de illo alio. vtrū sit p aliđ: ⁊ nō est abire in īfinitū. est ergo deuenire ad per se: non ergo obstante q oīa reducant̄ in per se: multa tn̄ sunt p accīs. friuola ḡ

est rō dicēs nihil eē fortunā vł nihil eē per accñs: qꝛ oīa reducuntur in per se. ¶ Notandum etiā: ꝙ non solum hꝰ ratio non cōcludebat ꝓpositum: imo arguebat oppositū. ex hoc enim contingit casus ⁊ fortuna: ⁊ per accñs: quia aliquid est alicuius causa per se: cuius existens per se causa est alterius causa per accidens: vt aliquid ē cā per se: ꝙ vadit ad forū: cuius existens cā per se est causa per accidens vt inueniat debitorem. nisi ergo eēt istō qō est per se: nūꝗ̄ esset qō est ꝑ accñs: per accñs ḡ ꝓsupponit per se in qō reducitur. dicere ergo ꝙ nō est per accidens: qꝛ est dare ꝑ se in qō reducitur. non arguit ꝓpositum sed magis oppositū. Nam ex isto per se in qō fit reductio: non tollitur esse per accidens: imo oritur esse per accidens: cū ex tali pe se illud per accidens sumat ortum. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.43 ¶ Unde ⁊ quodā modo erat ipsis faciēda memoria. At vero neqꝫ illoꝝ aliqui opinabātur esse fortunā aut amicitiā: aut litē: aut ignē: aut intellectum: aut aliquid talium.

¶ Soluit scðam rōnem ostendens antiquos male fecisse nihil determinando de casu ⁊ fortuna. ⁊ duo facit: qꝛ ꝑmo facit qō dictū est. scðo assignat rationem dicti. ibi (Incōueniens igitur.) Dicit ergo. ꝙ cum casus ⁊ fortuna aliquid sit quodam mō erat facienda memoria ipsis antiquis de casu ⁊ fortuna: imo qꝛ neqꝫ aliqui illoꝝ antiquoꝝ opinabātur esse fortunā: aut amicitiā: aut litē: aut ignē: aut itellectū: aut aliquid taliū. omnino inexcusabiles fuerūt: qꝛ nec determinauerūt de fortuna: per se nec per reductionē. ¶ Notandū aūt antiquos aliquos posuisse causaꝫ reꝝ litē ⁊ amicitiā: vt empedo. Aliquos vero hꝰ posuisse causas itellectū. vt Anaxa. ⁊ diuersimode de causis loquebātur. Nulli tñ posuerūt aliquas cās sub ꝗbus collocarēt casum ⁊ fortunā: qꝛ ergo ñ determinauerūt de casu ⁊ fortuna scðm se: nec collocauerūt eas sub itellectu: vel sub amicitia: vel sub alijs causis: quas posuerunt: omnino insufficienter determinauerunt de causis reꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Incōueniens igitur est siue non putauerunt esse: siue putātes reliquerūt: ⁊ hac aliquando vtentes sicut empedocles non semper aerem ꝯgregari superius dicit: sed vt cōtingit. Dicit enī in mundi creatione ꝙ sicut collisit se currens tunc: multotiens autē aliter. Et partes animaliū ait a fortuna fieri plurimas.

¶ Assignat rationē dicti ostēdens eos debuisse determinare de casu ⁊ fortuna: dicēs: ꝙ icōueniēs est siue nō putauerūt aliquid esse fortunā ⁊ casuꝫ siue putātes eas eē: reliquerunt tamen illas nō determinādo de eis. causa aūt huius est: qꝛ ipsi antiqui aliquādo sunt vtentes hac .s. fortuna ⁊ casu: sicut Empedo. qui dixit aerē non semp ꝯgregari superius per se: sed vt contingit: qꝛ aliquādo hꝫ fit a fortuna. dicit. n. ꝙ in mūdi creatione operat̄ supple fortuna ⁊ casus: sicut tūc currēs. i. aliquādo currēs collisit se: multotiēs etiā aliter: sicut etiā partes animalium plurimas ait fieri a fortuna. Si ergo Empedo. vtebat̄ hoc nomine fortuna debuit de fortuna tractare. ¶ Notandū aūt ꝙ in omni sciētia notificāde sunt rōnes vocabuloꝝ: ⁊ quid est qō dicit̄ ꝑ nomē: si ignota sint de ꝗbus loquimur. Si ergo antiqui phi vtebantur hoc nomine fortuna. vt patet per Empedo. dicentē ꝙ sic currēs aer fortuna collisit se. sic in creatione mundi ⁊ generatiōe partiū animaliū aliquādo cooperat̄ fortuna: debuerūt de fortuna tractare. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Sunt autē quidaꝫ qui celi huius ⁊ mundanoꝝ omniū causam dicunt esse casum. A casu enim fieri volutationē ⁊ motū discernentē ⁊ statuentē in hūc ordinē omne. T.c.44.

¶ Ponit scðaꝫ opinionē de fortuna. ⁊ duo facit. qꝛ ꝑmo ponit huiꝰ opinionē. secūdo eā iprobat ibi. (Et multū hoc.) Dicit ergo ꝙ sunt quidā qui huius celi ⁊ oīuꝫ mūdanoꝝ. i. oīuꝫ entiū vel oīuꝫ mūdanoꝝ. i. omniū speraꝝ supercelestiū ꝯtinētiū mūdū. dicit autē omniū mūdanoꝝ in plurali ꝓpter pluralitatē supercelestiū speraꝝ: taliū aūt speraꝝ causabātur. i. conabātur ponere causaꝫ esse casum ⁊ fortunā. dicebant enim fieri a casu volutationem. idest reuolutionē ⁊ motuꝫ celestē. discernenteꝫ ⁊ statuentem omne in hunc ordinē. idest ordinem causalem: qꝛ ex quo ponebāt motum celi esse a casu: cū motus celi sit cā oīuꝫ istoꝝ iferioꝝ: seq̄bat̄ ordinē totū vniuersi: ⁊ oīa entia sensibilia eē casualia. ¶ Deiñ cū dic̄.

¶ Et multū hoc admiratione dignū est dicentes animalia quidē ⁊ plantas a fortuna nec eē nec fieri. sed aut nāꝫ aut itellectuꝫ esse: aut huiusmodi alterā causam. Nō enim vt euenit ex semine vnoquoqꝫ aliquid fit: sed ex tali quidē oliua: ex tali aūt homo. Celuꝫ aūt ⁊ diuiniora manifestoꝝ a casu fieri. Huiusmodi autē causam nullā qualē animaliū ⁊ plantaꝝ. T.c.45

¶ Improbat dictā positionē: ⁊ tria facit. qꝛ ꝑmo ostēdit ꝙ est irrōnabilis. scðo ꝙ est diminuta ⁊ insufficiens. 3ᵒ ꝙ cōtradicit sensui. scða ibi. (Et igit̄ si sit.) tertia ibi. (Quo enim eo.) Dicit ergo ꝙ multum est admiratiōe dignum dicentes animalia quidem ⁊ plantas a fortuna nec esse nec fieri: sed aut nā. aut intellectuꝫ: aut alteram cām hꝰ. idest determinatam: ⁊ per se dicebant esse animaliū ⁊ plantaꝝ. Non. n. ex semine vnoquoqꝫ fit. i. nascitur aliq̄d qn̄ euenit. i. indifferēter ⁊ casualiter. Sꝫ ex tali quidem semine generat̄ oliua. ex tali autem hō: dicebant ergo hꝫ inferiora nō fieri a casu: celū autē ⁊ ea que sunt diuiniora: ⁊ de numero manifestoꝝ: dicebant a casu fieri. hꝰ enim celi nullaꝫ causam per se ⁊ determinatam ponebāt: qualē ponebāt animaliū ⁊ plantarum. ¶ Notandum autem ꝙ dic̄ nām ⁊ intellectum: qꝛ opꝰ nāe est opus itelligentie. natura enī non agit nisi rememorata ex supioribus causis: que dicunt̄ intelligētie: vt dicit Cōmenta. xij. metha. ¶ Notandū etiā ꝙ dicit celestia esse de numero manifestoꝝ: vel qꝛ sunt magis manifesta in nā q̄ꝫ hꝫ iferiora: vel qꝛ manifeste apparet ibi non eē casuꝫ ⁊ fortunā vt isti ponebant. Cō.18.

Dubitaret forte aliquis qꝛ nō videt̄ ꝙ isti negauerit aīalia ⁊ plantas fieri a fortuna ⁊ a casu. dicebat̄ enīꝫ hos posuisse celos: ⁊ oīa mūdana: idest oīa entia esse a casu. Rursus dicebat̄ ꝙ totū hunc ordinem sensibiliū posuerunt casualē: sed hꝰ ordine cōprehendunt̄ plante ⁊ aīalia. ergo posuerūt ista casualia. ¶ Dōm ꝙ non est inconueniens aliquem ignorare propriā vocem ⁊ cōtradicere sibi tacite: lꝫ nullꝰ sane mentis contradicat sibi expresse. dicit ḡ ꝙ phi posuerunt ⁊ negauerūt aīalia esse a casu: sꝫ negauerūt expresse ⁊ posuerūt tacite. eo. n. ipso ꝙ motū celestē posuerunt a casu cū ille motꝰ sit cā oīuꝫ eoꝝ que nā. fiunt: cogebant̄ ponere totū nāe ordinem esse casualē. Dub. pᵒ

Ulterius forte dubitaret aliquis: qꝛ si sic ponētes phi erant: ⁊ icōueniens est ponere oīno Dub. 2ᵒ

eos irrōnabilia dixisse quo motiuo moueri poterant vt sic dicerēt. ¶ Dōz multos antiq̄s phoꝝ theologizasse: imo ꝯuenienter oēs ꝑcedētes phz. volēdo loq̄ de nālib⁹ loq̄banť vlr̄ de oib⁹ entib⁹. in ordine aūt entiū sic aspicimus: ꝙ cū summus ꝑnceps agat per intellectū ⁊ voluntatem ⁊ per suam sapientiaz: q2 sapientis est ordinare: oz ī eo eē ordinē oiuz ꝓcedentiū ab ipso: ab illo āt ordīe existēte in prima cā deriuať ordo scdaꝝ causaꝝ. ordo āt ille qui est ī pmo potest appellari ꝓuidētia. Sz ordo q̄ ē in secūdis causis fm boetiū. secūdo de ꝯsolatōe phie. appellať fatū. dr̄. n. fatuz a for faris. i. dicē. n. est fatū qđ locutū: q2 qđ in pma cā per ꝓuidentiam accipiť. in secundis causis p fatuz ꝓmulgať. Si ḡ ordo causaꝝ secūdatum pōt dici fatū ipsa vis caꝝ fm quosdaz fatū dr̄. tāto ergo fatū magis reseruať ī supcelestibus corpib⁹ q̄ ī iferiorib⁹: q̄to rō cālitatis magis ꝯuenit illis q̄ istis. q2 ḡ cōiter homies cū loquūť de fato credūt loqui de fortuna. Jō forte ꝑdicti phi posuerūt fortunaz ī supercelestibus: ⁊ nō in iferiorib⁹: q2 vt dictuz est: rō fati plus reseruať in illis q̄ in istis. phs ergo iprobat dictā positionē accipiēdo fortunā ꝓprie: fm quē modū loq̄ndi irrōnabile erat dcm eoꝝ: q2 fortuna nō repiť ī supercelestib⁹. sed ī iferiorib⁹. Uel possum⁹ dr̄e ⁊ forte meli⁹: q2 ꝙ fortuna videť dicere aliqd ex rōnē: iō forte ꝑdicti phi posuerunt fortunā in supercelestibus: ⁊ nō in iferioribus. q2 videbať eis ꝙ sciret reddere rōnē eoꝝ q̄ sunt in iferiorib⁹: nō in supercelestibus. ¶ Deinde cū dicit.

T.c.46 ¶ Et igiť si sic se habet hoc ipsum dignū est īsistere: ⁊ bene habet aliqđ dicere de hoc ipso.

¶ Jmprobat dictam positionē q2 cū h̄ ꝙ erat irrōnabilis erat incompleta ⁊ insufficiens. iō ait. ꝙ si sic ē: ꝙ fortuna sit ī supercelestibus ⁊ nō ī inferiorib⁹: cū h̄ ipsū videať irrōnabile ⁊ dubiū: dignū ē īsistere ad declatione eius: ⁊ bene se hz aliquid dicere de h̄ ipso: ⁊ q2 non fecerūt hoc ponentes hanc pōnē: incomplete ⁊ insufficiēter dixerūt. Notādū aūt ꝙ quotiensciūq; positio aliq̄ videtur irrōnabilis ⁊ est dubia si non declarať insufficiēter tradiť: ergo predicti phi suaz positionem tradiderunt īsufficiēter: q2 sumentes dubia ea nō reducebant ad notum. ¶ Aduertendū tn̄ ꝙ Cōmenta. textum aliter exponit. dicit enim aliquid dōm esse de hoc ipso. idest de dicta positione: q2 dicta cōsideratio non est ꝓpria huic scientie iō diminutiue loquiť dōz esse aliqd circa ipaz.

Dub.p^a. Dubitaret forte aliq̄s. vtꝝ hec cōsideratio supexcedat ꝯsiderationē naturalis phie

¶ Dōm ꝙ in supercelestibus nō eē casum ⁊ fortunam dupl'r venari possum⁹. pmo ex ordine entiū. Secūdo ex nā mot⁹. Prima via sic ostēdiť: tot⁹. n. ordo entiū deriuat⁹ ē a pma cā: ⁊ totū vniuersuz respicit ipsuz dominū sic vn⁹ pncipat⁹ vnū pncipē: vel sicut vna dom⁹ vnū patrē vt vult phs. xy. meth. Jn domo āt aliq̄ pticulari: sūt

T.c.52. nō solū liberi: sz ēt serui ⁊ bestie: alia tn̄ ē actio liberoꝝ alia seruoꝝ. liberi. n. nō licentianť nisi ad ea que sunt de regimie dom⁹: seruus aūt ⁊ bestie mlia īordinate agūt. q2 ergo vniuersuz ē dom⁹ sūmi pncipis: corpora supcelestia se habentia q̄si liberi in domo nihil īordinatū patiuntur: q2 nihil reperiť in eis qđ nō spectet ad regimē vniuersi: nihil ē ibi a casu nec a fortuna. h̄ aūt via ex ordine entiū tradiť. xy. meth. ⁊ excedit ꝯsideratōez nālē. Secūda via ad īuestigandū in celestibus nō esse aliqd a casu sumiť ex nā mot⁹. eo eni ipso ꝙ motus celi: nō hz ꝯriū ⁊ fit a vtute nō organica sp est vniformis: ⁊ nō accidit ibi aliqua īordinatio: ꝓpter qđ nihil ē ibi fortuitū: nihil casuale h̄ aūt rō partim est nālis partim non. Nā q̄lis sit mot⁹ celi cōsiderare ptinet ad nālē. qualis tn̄ sit virtus ⁊ suba itelligentiaꝝ sp excedit ꝯsiderationē ei⁹: dr̄ ḡ h̄ cōsideratio ꝓprie nō eē nālis phie: q2 via ad improbandū eā vel ē simplr̄ metha^ca. vel nō ē pure nālis: ⁊ si aliquo mō per cōsiderationes pure nāles possem⁹ inuestigare hanc māz nō posset forte fieri ita exquisite sic per cōsiderationes methaphysicas. ¶ Deiñ cū dic.

¶ Quomodo enim eo qđ aliter inconueniens est qđ dicitur adhuc icōueniētius dicere hoc: videntes quidē in celo nihil casu fieri. Jn his autē que non sunt a fortuna multa ꝯtingere a fortuna ⁊ erat merito ecōtrario fieri.

¶ Jmprobat dictaz pōnē: eo ꝙ negabat sensum dicens: qūo enim supple pōt stare dicta positio: eo ꝙ aliter icōueniens est qđ dr̄: q2 est irrōnabile ⁊ adhuc incōueniēs est dicere hoc: q2 non solū irōnabile: sed etiam q2 sic dicentes negant sensum videntes ad sensuz in celo nihil fieri a casu. Sed in his que non sunt a fortuna. idest in istis iferioribus que dicebant nō eē a fortuna: multa videmus contingere a fortuna. merito ergo erat fieri ecōtrario. Si. n. h̄ positio eꝯrio dixisset: vt qđ posuissz ī iferiorib⁹ eē fortunā ⁊ n̄ ī celo meli⁹ fecissz. ¶ Deiñ cū dic.

¶ Sūt aūt quidā quibus videť esse quidē causa fortuna. Jmmanifesta autē humano itellectui tanq̄ diuinum quoddam ens ⁊ felicius. Quare ꝯsiderandum est quid sit vtrūq;: ⁊ si idē aut alteꝝ sit: ⁊ casus ⁊ fortuna: ⁊ quomodo in determinatas causas incidunt. T.c.47

¶ Adducit rōnem secundam dicens. q in quibuscūq; est finis aliquis: hō cā agitur qd prius est: ⁊ qd consequenter. ergo qd est ꝓpter finem sicut agitur sic aptum natū est agi: ⁊ cōuertit: q: sicut aptum natum est agi sic agit̃ vnūquodq; qd est ꝓpter finē: si nō aliquid impediat illud: ergo qd est aptuz natū sic agi: agitur ꝓpter hoc. i. ꝓpter finem: itaq; sequetur opus nāe esse causa hō. i. ꝓpter finem: cuz agatur vt aptum natum est. Posset ergo sic formari ratio. qcqd agitur vt aptum natum est: agitur causa hō ⁊ ꝓpter finē. opus nāe si nō ipediat̃ agit̃ vt aptū natū est. ergo ⁊c. Q: autem opus nāe agatur vt aptū natum est: manifestat per analogiā quā h3 ad artem. d. q si domus esset eoꝝ que fiunt nā: sic vtiq; facta esset sicut nūc est ab arte: sic ēt que sunt nā si non solū nā fierēt s3 arte: similiter vtique fierent s̃m q sunt apta nata fieri. ergo taz opa nāe q̃z artis sunt vt apta nata sunt fieri. g in eis ē alteꝝ pp alteꝝ. i. est opatio pp finē: q: i talibus est alterum: vt qd est ad finem est propter alterū: idest propter finem. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.79. ¶ Omnino autem ars alia quidem perficit: q natura non pōt opari: alia vero imitatur. Si igitur que sunt s̃m artem: ꝓpter hec sunt. manifestum q ⁊ que sunt s̃m nām. Similr̃ enī se habent in his que sunt s̃m artē ⁊ in his que s̃m nām posteriora ad priora.

¶ Ponit tertiam rationē dicens. q oīno ars: alia quidē perficit: que nā n̄ pōt opari. alia vō imitatur. si ergo tanta est analogia inter artem ⁊ nām: si ea q̄ sunt s̃m artez sunt ꝓpter hoc: idest ꝓpter finē: manifestum est q que sunt s̃m naturam: erūt etiam ꝓpter finē: q: vt dictum est: similiter se habent posteriora ad priora adinuicem in his que sunt s̃m artem: ⁊ in his que sunt s̃m nāz. Nā si est tanta analogia inter artez ⁊ nām: oportet q sicut ars agit propter finem: ⁊ in talibus priora: ⁊ ea que sunt ad finē: sunt ꝓpter posteriora ⁊ ꝓpter finem: sic opz q ⁊ nā agat ꝓpter finē: ⁊ in naturalibus p̄ora ⁊ ea que sunt ad finez sunt ꝓpter posteriora ⁊ ꝓpter finem. ¶ Notādum autez q ars imitat̃ nām ⁊ perficit ipsam. perficit autez eā: q: natura est determinata ad vnum: ars vero quia non sic determinat̃: pōt in rebus naturalibus aliquas formas īducere: quas nō pōt ipsa nā: vel ars perficit nām: q: virtute artis pōt iuuari nā: vt celeri' ⁊ facilius consequat̃ intentū. possunt enim per artez sic ꝓporcionari actiua ⁊ passiua: vt expeditius ex eis sequatur effectus. imitat̃ autem ars nāz: q: cū itellect' nr̄ teneat infimū gradum in genere intelligentiaꝝ: ⁊ imitet̃ eas: oz q ars itellectus nostri aliquo mō imitet̃ nāz: in qua refulget op' ⁊ ars itelligentiaꝝ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Maxime autem manifestuz est in aīalibus alioꝝ: que neq; arte: neq; q̄situra: neq; deliberatura faciunt. Unde dubitāt quidā. vtruz intellectu aut quodam alio operant̃ aranee ⁊ formice ⁊ huiusmodi. Paulatim aūt sic ꝓcedenti ⁊ in plantis apparet expedientia quedā facta ꝓpter finē: vt folia ꝓpter fruct' coopertimentum. Quare si nā facit: ⁊ ꝓpter hoc hirūdo nidum: ⁊ aranea telam: ⁊ plante folia grā fructuum: ⁊ radices non sursum: sed deorsuz gratia vegetandi. Manifestū q causa huiusmodi est in his que nā fiunt ⁊ sunt. T.c.80.

¶ Ponit quartā rōnē. d. q max' manifestū est nāz agere ꝓpter finē in aīalib' de numero alioꝝ ab homine: q nec arte nec quesitura. i. inquisitura: neq; deliberatura faciunt qd faciūt. vñ cū aranee ⁊ formice ⁊ yrūdines ⁊ hō aīalia agant ordinate: ⁊ ꝓpter finem: dubitant qdaz vtrū intellectu aut quodam alio operant̃. imo paulatiz sic procedenti non solū in aīalibus videm' actionem ꝓpter finē: sed etiam in plantis apparent q̄dam expedientia pp finē fcā: vt folia pp coopientū fruct': q̄re si hō opa nā fac: ⁊ hyrundo fac̃ nidū ⁊ aranea telā pp h̃. i. pp finez: ⁊ plante faciūt folia grā fructuū: ⁊ hn̄t radices nō sursum: s3 deorsuz: ⁊ hoc ꝓpter finē: vt grā vegetandi ⁊ accipiēdi nutrimētū: q: oīa talia opa sunt nālia ex quo sunt ꝓpter finez. Manifestū est q in his que nā fiunt: ⁊ ea que nā facit: sunt cā hō. i. ꝓpter finem.

Dubitaret forte aliqs vtrū yrūdines ⁊ aranee ⁊ cetera talia agant q̄ agūt ex arte vel ex deliberatione. ¶ Dicendū q duplici via iuestigare possumus talia nō agere ex arte vel ex deliberatione: q: opus artis ⁊ deliberatū subtili' fit q̄to diutius agitur. aranee autem ⁊ alia hō nō subtiliori mō faciūt sua opa si diutius operent̃. rursus ars seqtur iuentionē iduidui. in eadē enim spē opantes s̃m artē s̃m magis ⁊ minus subtilē iuentionē magis ⁊ min' subtiliter opant̃. nā. n. dicit id in quo cōmunicāt iduidua: participantia eandem spēm. que ergo in eadē spē vniformiter agūt: non opant̃ ex arte: sed ex instinctu nāe: ⁊ q: aranee eodē modo faciunt telam ⁊ yrūdines nidū: sequit̃ talia nō opari ex deliberatiōe vel ex arte: sed ex instinctu nāe. Si ergo talia agunt ꝓpter finē: q: yrūdines faciunt nidū propter filios conseruandos: aranee telaz ꝓpter cibum capiendū: q: opant̃ ex instinctu nāe: ⁊ eoꝝ opus est opus nāe: opz naturam agere ꝓpter finem: cuz talia: vt dictū est: finis grā operent̃. ¶ Deinde cum dicit. Dub.p̃s

¶ Et qm̄ nā dupl'r alia quidem sicut mā: alia vero sicut forma: finis autem hec est: propter finem aūt alia sunt: hec vtiq; erit cā c' grā. T.c.81.

¶ Adducit quintam ⁊ vltimam rationez q natura agit propter finem. d. q natura dupliciter dr̃. alia quidez sicut materia: alia autem sicut forma: finis autez est hec: vel est h̃: vt h3: alia lr̃a. i. est forma: ⁊ q: de ratione finis est q ꝓpter finē sint alia: h̃ vtiq;. i. forma erit cuius grā sunt alia. si ergo forma est natura: ⁊ natura inducit formam: si propter formam sunt alia: oportet naturam agere propter finem: quia agit formam: propter quaz ⁊ cu

ius gratia sunt alia. Lectio. XV.

T.c.82. PEccatum autem fit τ in his que sūt ſm artem. Scripsit enim non recte grammaticus: τ potauit medicus non recte potionē. Quare manifestū est φ contingit τ in his que ſm nām sunt: que non sunt. Sic igit̄ sunt quedam ſm artem: in qb⁹ qđ recte fit: ꝑpter aliquid fit: ī quib⁹ etiā peccat: alicuius gratia aguntur: sed fallit similiter vtiq; τ in physicis. Et mōstra sūt peccata illius qđ ꝑpter aliquid est. Et in substantijs ergo que sunt ex principio bouigena si nō ad aliquē terminū τ finē poſſia erāt venire: corrupto pricipio aliquo facta sunt sicut nūc semine.

¶ Narrata autem opinione antiquoꝝ negantium agere nām ꝑpter finē: τ adductis rationib⁹ ꝓbantibus φ opꝫ ponere in physicis esse actionē ꝑpter finē. in parte ista soluit antiquoꝝ rōnes: ꝑpter quas videbant̄ negare nām agere ꝑpter finē: τ remouet que vident̄ cōtradicere huic veritati: φ. s. sit nālis actio ꝑpter finē: ſꝫ vt dicebat̄: in dictis antiquoꝝ tangebant̄ q̄tuor: ꝑpter q̄ videbat̄ ostendi nām non agere ꝑpter finē: scꝫ necessitas māe: peccatum nāe: ideliberatio: τ casualitas. ideo q̄tuor facit: ſꝫ φ has q̄tuor difficultates remouet. pmo enim ostendit nām agere ꝑpter finē remouendo difficultatem sumptaꝫ ex errore vel ex peccato nāe. secūdo remouet difficultatem sumptaꝫ ex casu. tertio sumptā ex necessitate māe. quarto ex indeliberatione. secunda ibi. (Amplius necesse est.) tertia ibi. (Omnino aūt destruit.) Quarta ibi. (Incōueniēs aūt.) Dicit ḡ φ peccatum fit in his que sunt secūdum artem: qꝛ scripsit nō recte grāmaticus: τ potauit medicus potionem non recte: vel non rectam: vt habet alia littera: q̄re manifestū est: φ in his que sunt. sup. ſm nāꝫ: ꝯuenit. sup. similr̄ peccare. Si igitur quedā sunt ſm artē: in quibus qđ fit ꝑꝑ aliquid: fit recte: τ etiam quedam sunt in arte: que agūtur gratia alicuius. i. gratia finis: in quibus peccatur: τ non recte agitur: sed fallit̄. ars ergo agit ꝑpter finē: nō obstante φ ſm eam peccat̄ τ fallit̄. similiter vtiq; τ in physicis erit. s. actio ꝑpter fineꝫ: non obstante φ in eis cōtingit peccatū τ inordinatio. iđ subdit. φ mōstra sūt peccata illius. i. actionis naturalis: qđ. i. que actio est ꝑpter aliquid. i. ꝑpter finē. in substantijs ergo que ſꝫ empe. a ꝑncipio sunt bouigena sꝫ ille sube vł illa naturalia non erant possibilia venire ad aliquē finē vel ad aliquē terminū. h̄ non erat qꝛ nā nō agat ꝑpter finē sed nālia illa facta sunt talia aliquo ꝑncipio corrupto. Nam sicut nūc in semine. sup. ꝑpter corruptionē. supple pōt ꝯtigere monstrū τ peccatū: sic ab initio qn̄ facta fuerunt bouigena cōtigerunt talia monstra ꝑpter corruptionem alicuius seminis vel alicuius alterius ꝑncipij. ¶ Notanduꝫ aūt ph̄m adduxisse simile de arte: qꝛ antiq̄ phī cōcedebāt in arte eē actionem ꝑpter finē. Sed nō concedebant hoc in natura. Si ergo ars agit ꝑpter fineꝫ: τ tn̄ contingit peccatū in arte: nā poterit agere ꝑpter finem: non obstante φ cōtingit peccatū circa ipsam: siue ergo fiant monstra ex corruptiōe seminis: siue fiat pluuia tempore messium: τ destruat̄ frumentū: hoc est per accn̄s τ ī paucioꝛib⁹: nec ꝑꝑ h̄ arguit̄ nāꝫ nō agere ꝑꝑ finē. amota est ḡ illa difficultas antiq̄ꝝ negantiū nāꝫ nō agere ꝑꝑ finē: qꝛ contingit peccatuꝫ in nā: vł qꝛ ꝯtingit aliqn̄ nō agere ꝑpter finē. ¶ Notandū etiam hanc rōnem: videlicet nām nō agere ꝑpter finem: qꝛ contingit peccatū in natura: τ non semꝑ est ibi cōsecutio finis: nō solū nō ꝓbare ꝓpositū: sed petere qđ est in contrarium: τ arguere oppositū. peccatū. n. τ error τ inordinatio nō sumit̄ nisi per compationē ad finē: ex hoc enim qs ordinate agit: qꝛ debito mō finē consequitur. Ex hoc autē agit inordinate: qꝛ debito fine priuat̄. tolle finē: tollis omnē inordinatianem τ peccatuꝫ. ergo eoipso φ in nā hꝫ esse inordinatio τ peccatuꝫ: arguitur oppositum ei⁹ qđ cōcedebant antiqui: videlicet φ nālis actio nō esse habeat propter finem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius necesse est semen fieri ꝑmuꝫ: sed non statim animalia: τ molle natura primuꝫ quod semen erat. T.c.83.

¶ Remouet difficultatē sumptam ex parte casus. ostēdit enim nāꝫ agere ꝑpter finem: qꝛ generatiōes aīaliū τ plantaꝝ non sunt casuales τ fortuite: vt credebat empe. circa hoc autem tria facit: secūdū φ tripliciter ꝓbat intentum. secūda ibi. (Amplius in plantis.) tertia ibi. (Adhuc oportebat.) Prima ratio talis est. qꝛ qđ fit ordinate τ debite non fit a casu. generatio aīaliū fit ordinate τ debite. ergo τc. de hac autem rōne nō plus ponit: nisi qꝛ generationem aīalium ostendit fieri ordinate τ debite. d. φ necesse est semen fieri ꝑmuꝫ τ facto semine non statiꝫ sunt aīalia: τ qđ est semē prius erat molle. vt sup. nā melius posset opari ex eo. ex hoc ergo semine nō statim: sed ꝑ ꝓcessuꝫ tēporis τ ordiate fiūt aīalia: q̄ oīa īdicant actiōes nāles nō eē a casu. ¶ Deinde cū dicit. Dub.2.

¶ Amplius τ in plantis inest qđ ꝑpter h̄: minus autem dearticulatum est. vtrum igitur in arboribus fiant sicut bouigene τ viripere: sic vitigene τ oliuipere aut non. Incōueniēs enī est: ſꝫ tn̄ oportuit: si quidē in aīalibus est.

¶ Adducit scđaꝫ rōnē. d. φ in plantis inest opari ꝑpter h̄. i. ꝑꝑ finē: min⁹ tn̄ ē dearticulatū. i. ē distictū τ organizatū: qđ ē in plantis q̄ꝫ qđ est in aīalib⁹. si ḡ ī aīalib⁹ nō ē opatio ꝑꝑ finē: multo min⁹ τ in plantis: τ si aīalia gnānt̄ casu. mlto magis τ plante. querit̄ ḡ ab empe. vtrū sicut fiūt bouigene τ viripe in aīalibus: sic fiāt in arboribus vitigene. i. aliqd qđ sit media vitis τ medi⁹ homo: τ oliuipere. i. aliquid qđ sit media oliua τ media vipera: aut nō ꝯtingāt talia in arboribus. Incōueniēs ē enꝫ talia ponere circa arbores: oportuit tn̄ in arborib⁹ sic eē si quidem in aīalibus sic est. ¶ Notandū āt φ casuale τ ꝑ accn̄s ꝯtingit in his que fiūt ꝑter ītentionē. q̄to ergo agēs cū maiori ītentōe agit circa aliqd. tāto in actione sua: ꝑ se loquendo: pauciora vident̄ ꝯtigere casualia. τ qꝛ nā magis vr̄ eē ītēta circa gnōnē aīaliū: cui⁹ ꝑtes τ mēbra facit magis organizata τ distīcta: q̄ꝫ circa gnātionē plantaꝝ: q̄s nō ita dearticulatas τ organizatas fac. si ḡ cōtingit casus circa aīalia: τ fiunt bouigene casualr̄ fiunt vitigene τ oliuipe casualiter. ¶ Notandū aūt φ ſm cōmentatorē ꝑ oliuigenas ītelligit aliqd qđ sit media oliua τ media vitis: sed istđ stare nō pōt. Nā si ex cōmixtione seminū diuersoꝝ aīaliū gnāri pōt aliqđ monstruꝫ ſm aliquas ꝑtes ꝯueniēs cū vno aīali: τ ſm alias cū alio: nō est inconueniens per īsertionē plantaꝝ fieri aliquā: cu⁹ vna pars ꝯueniat cū vna arbore: τ alia cū alia. vt cu⁹ vna sit oliua τ alia vitis: iđ melı⁹ videt̄ eē dōm: vt ꝑ oliuigenā ītēdat aliqd qđ sit media oliua τ medi⁹ hō ł aliqđ aliđ aīal: τ ꝑ oliuipas ītelligat φ sit media oliua τ media vipa. hāc. n. cōmixtionē nullus vidit: τ mos est dare: si talia sic essent casualia: vt empe. posuit. Si ergo talia sunt īpoſſia: īpoſſe ē oīa eē a casu: τ nihil eē ꝑꝑ finē. Com.

Dub. 3ᵃ **Dubitaret** forte aliquis vtrū verum sit: ꝙ si eēt dare bouigenas ꝙ esset dare oliuigenas vel viripas. videt̄ ꝙ nō. maior enim ꝯueniētia est inter aīal ꝛ aīal q̄ꝫ īter plantā ꝛ aīal. Si ḡ ex aliq̄ ꝯmixtione pōt resultare aliqd: qđ ex vna parte sit vnuz aīal: ꝛ ex alia pte aliud: non tñ ꝑpter hoc sequit̄ ꝙ possit eē aliquid cuius vna pars sit planta: ꝛ alia aīal: maioꝛ eniz est inordinatio nāe: ꝛ maius peccatū si fieret mōstrum cōmunicās cū aīali ꝛ planta: q̄ꝫ ꝯmunicans cū diuersis aīalibus. dare ergo ꝙ si est talis inordinatio in aīalibꝰ ꝙ sit in plantis: est arguere affirmando per locū a maiori. nō ergo valet argumentū. ⁋ Dōm ꝙ magis ꝛ minus ſm pħm. 4. thopicoꝝ dr̄ per cōparationem ad simplr̄. magis. n. recedit a veritate dicēs. mille sēt q̄tuoꝛ q̄ꝫ gnq̄ꝫ sunt quatuoꝛ. sed iste maioꝛ ꝛ minoꝛ recessus: vel magis ꝛ minus veꝝ nūq̄ꝫ esset dare nisi eēt aliqd simplr̄ veꝝ: semꝑ ergo magis ꝛ minꝰ dr̄ ꝑ cōparationē ad simplr̄: ſꝫ aliter in positiuis: alr̄ in ꝑuatis. in positiuis enim h̄ dr̄ per accessum: in ꝑuatiuis per recessuz. reperit̄ eniz aliquid magis ꝛ minus bonū: qꝛ magis ꝛ minꝰ accedit ad simplr̄ bonū. sic ēt reperit̄ magis ꝛ minꝰ malū ꝑ magis ꝛ minus recedere a bono simplr̄: cū non sit dare simplr̄ malū: non fundatuz in aliquo bono. Nam ſm pħm. 4. eth. maluz seipsum destruit: ꝛ si integrum sit īportabile fit. Non ergo in priuatiuis ꝛ in malis dr̄ magis ꝛ minꝰ ꝑ accessū ad simplr̄: ſꝫ ꝑ recessū. dr̄. n. magꝭ ꝛ minꝰ malū ſꝫ ꝙ magꝭ ꝛ minꝰ recedit a simplr̄ bono. Si igr̄ ī nālibꝰ repit̄ magis ꝛ minꝰ īordinatū: vel magꝭ ꝛ minꝰ ordinatum: opꝫ dare aliquid qđ sit simplr̄ regula agēdoꝝ: per cꝰ accessuz ꝛ recessuz dicant̄ talia magꝭ ꝛ minꝰ talia. hꝫ autez regula est ipse finis: ideo sunt aliq̄ magis ꝛ minꝰ ordinata: ꝑut magis ꝛ minꝰ accedunt ad finem: ꝛ magis ꝛ minus īordinata: prout magis ꝛ minus recedunt ab ipso. Si igitur tollat̄ finis: qui: vt dicebat̄: est simpliciter regl'a agēdoꝝ: in nullis opabilibꝰ reperiet̄ maioꝛ ꝛ minoꝛ īordinatio: vl' maioꝛ ꝛ minoꝛ ordo. ꝑpter qđ si nulla eēt nālis actio ꝑpter finē: n̄ eēt maioꝛ īordinatio: nec maius peccatū: si fierent oliuigene q̄ꝫ si fierent bouigene. q̄re si h̄ possent fieri casu: ꝛ illa. imo tanto magis illa: q̄nto q̄ videmꝰ in arboribus: nō tātā dearticulationē denotāt: sic q̄ videmꝰ ī aīalibꝰ. ⁋ Deiñ cū dic.

Tex. 48 ⁋ Adhuc oportuit ꝛ ī seminibꝰ fieri: vt ꝯtigit.

⁋ Adducit tertiaz rōnē ad ostendendū non oīa talia eē a casu. d. ꝙ adhuc hac positōe posita: ꝙ nihil fiat ꝑpter finē: sed oīa esse a casu: oportebit in seminibus fieri īdifferenter vt contingit: ita ꝙ ex q̊libet semine fiat qđlibꝫ aīal: ꝛ ex quolibet aīali quodlibet semen. Si ergo hoc ē inconueniens. ergo ꝛ ꝑmū. amota est ergo alīs difficultas: qua dicebat̄ nām nō agere ꝑpter finē: qꝛ que sunt a natura: sunt a casu. ostensum est enim talia non esse indifferenter: ꝛ ēt a casu. ⁋ Deinde cū dicit.

⁋ **Omnino** aūt destruit sic dicēs. **Que natura** qdē sunt ꝛ ſm nāꝫ. **Natura** qdē. n. sunt q̄cūq̄ꝫ a quodā in seipsis principio ꝯtinue mota accedūt ad aliquē finē. **Ab** vnoq̄uoq̄ꝫ aūt non idē

Tex. 49 vnicuiq̄ꝫ neq̄ꝫ ꝯtingēs: semper tamen in eundē: nisi aliquid īpediat. ⁋ **Q**đ autē est cuius causa fit: ꝛ qđ propter hoc.

⁋ Remouet tertiam difficultatē ostendens falsum eē naturalia nō esse ꝑꝑ finē: qꝛ sunt ex necessitate māe: circa qđ duo facit: qꝛ primo facit qđ dictū ē. secūdo remouet quādam cauillationeꝫ ibi. (Fieret vtiq̄ꝫ a fortuna.) Dicit ergo. ꝙ sic. d. videlicet nihil in nālibus eē ꝑpter finē ex necessitate materie omnino destruit nām ꝛ que sunt a nā: qꝛ a nā sunt quedaꝫ cōtinua mota. s. ab aliquo ꝑncipio in seipsis accedūt ad aliquē finem. ꝛ subdit. ꝙ ab vnoquoq̄ꝫ ꝑncipio non ꝑstituit̄ idē finis: neq̄ꝫ contingens. i. īdifferens vnicuiq̄ꝫ rei nāli. imo diuersis rebus nālibus a suis ꝑncipijs ꝑstituunt̄ diuersi fines. semꝑ tñ eadeꝫ res nālis tendit in eundē finē: ꝛ ꝯsequit̄ illuꝫ: nisi aliquid impediat. ergo finis ē qđ cꝰ cā est nā: ꝛ que sunt nā: ꝛ ꝑpter hoc. i. ꝑꝑ finē sunt oīa talia. tollēa ergo finē ꝛ ponēs oīa eē ex necessitate māe: tollit nām ꝛ q̄ sūt nā: qđ est icōueniens. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ **Fiet** vtiq̄ꝫ a fortuna: sicut dicimus: a fortuna venit extraneus ꝛ balneatus abscessit. cum tanq̄ꝫ ꝑpter hoc veniēs egerit: non ꝑpter hoc aūt venit: ꝛ hoc ſm accidēs. **Fortuna** aūt est causaꝝ que sunt ſm accn̄s: queādmodū ꝛ prius diximus. **Sed** cūꝫ hoc semꝑ aut sicut frequēter fiat nō ſꝫ accn̄s: neq̄ꝫ a fortuna est. **In** physicis aūt semꝑ sic est: nisi aliqd īpediat.

⁋ Remouet q̄ndā cauillationē. diceret enim quis esse a fortuna ꝛ nō ꝑpter intentionem finis: ꝙ natura tendit in aliqd determiātū. d. ꝙ actio nālia si sic fieret sic dicimꝰ: ꝙ a fortuna venit aliqs extraneus ꝛ abscessit. i. recessit balneatꝰ: consecutus est ergo ille extraneꝰ hūc finem. s. balneū: tāq̄ꝫ h̄ egerit veniens ꝑpter hoc: nō tñ ꝑpter hoc venit: sed hoc est ſm accn̄s. fortuna eniꝫ est de numero causaꝝ: que sunt ſm accidens: queādmodū ꝑus diximꝰ. sicut ergo forte qs diceret: ꝙ sicut extraneꝰ cōsequit̄ balneū: ac si ꝑpter illud iuisset: hoc tñ nō fuit per se: sed a casu: sic nā cōsequit̄ finē ac si ꝑpter illđ ageret: nō tñ hoc est per se: sed a fortuna ꝛ a casu. sed hoc stare nō pōt: qꝛ cū hoc ꝙ est a nā: ꝛ cōsecutio finis in nālibus sic sit vt sꝑ: aut sicut frequēter: ꝛ nō fiat ſm accn̄s neq̄ꝫ est a fortuna: neq̄ꝫ a casu: iđ subdit. ꝙ in physicis sꝑ sic est. i. semper est ibi ꝯsecutio finis: nisi aliquid impediat. non ergo est a casu. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ **Incōueniēs** aūt est non opinari ꝑpter aliqd fieri: nisi viderint mouens deliberatiuū: ꝛ tñ etiā ars non deliberat. **Et** nāq̄ꝫ si esset in ligno nauis factiua: similr̄ vtiq̄ꝫ nā fecisset. **Quare** si in arte iest ꝑpter aliqd: ꝛ in nā inest. **Manifestū** est aūt maxime: cum aliqs medicatus fuerit ipse seipsum: huic qdem. n. assimilatur natura. **Q**đ quidē igit̄ causa sit natura: ꝛ sic sicut ꝑpter aliquid manifestū est.

⁋ Remouet q̄rtaꝫ difficultatē: videlicet ꝙ nō est negādū nāꝫ agere ꝑꝑ finē. qꝛ agit absq̄ꝫ deliberatōe: qđ ꝑbat ꝑ simile in arte. vñ ait: ꝙ icōueniēs est nō opinari. sup. in nālibꝰ fieri ꝑꝑ aliqd. i. ꝑpter finē: nisi videat̄ mouēs deliberatiū: cū tñ ars ꝑꝑ finē agat q̄ nō ꝺliberat. ꝙ āt simile sit de nā ꝛ arte: pꝫ: qꝛ si nauifactiua eēt in ligno: faceret similr̄ naueꝫ: sicut vtiq̄ꝫ nā fecisset: tota ergo dr̄ia īter artem ꝛ nāꝫ est: qꝛ in artificialibꝰ est ꝑnᵐ ex: in nālibus intra. in agere aūt ꝑpter fineꝫ nō est differentia inter hanc ꝛ illā: quare si in arte. sup. absq̄ꝫ deliberatione inest agere ꝑpter aliquā. i. ꝑꝑ finē: ꝛ ī nā hoc iest. ꝙ aūt dr̄ia artis ꝛ nāe accipiēda sit per ꝑncipium intra ꝛ extra: manifestū est ꝙ cū aliqs medicus seipsum curat maxime huic actioni assimilat̄ nā. qđ iđ cōtingit. quia medicus curando seipsum illa actio videt̄ eē a ꝑncipio

Co. 86. ītra:iō assimilaꝛ actioni nāli. ¶ Notādū āt ꝙ ſꝫ ꝯmētatorē alique artes non deliberāt in agendo: vt ars textoria ⁊ ſutoria: ſic ēt poſſum⁹ dicere ꝙ citbarizās poſtꝗꝫ plene adeptus eſt artem citbarizandi citbarizando nō deliberat nec cogitat de citbarizatione ſua. Si .n. cum tangit vnam chordā deliberaret anteꝗꝫ tangeret aliaꝫ: tolleretꝛ cōſonātia: qꝛ nimis poneretꝛ de tpe iter tactuꝫ vnius chorde ⁊ alteri⁹: ſi ḡ concedebant antiqui: ⁊ veꝝ eſt: artes agere ꝑpter finem: cum abſqꝫ deliberatione fieri babeat actio artis: non eſt inconueniens nām agere ꝑpter finem: nō obſtante ꝙ in agendo nō deliberet. ¶ Notandū etiam: ſm ꝙ ex nunc dictis patere poteſt: ꝙ ſi opa artis faceret natura: faceret ea ſicuti ars: ⁊ eꝯ ſi opa nāe faceret ars: faceret ea ſicuti nā. Nā vt dictū ē: maxima differentia iter arteꝫ ⁊ nām eſt: qꝛ artificialia babent principium mot⁹ ab extra. nālia vero ab intra: ſed ſi principium extrinſecum fiat intrinſecum: vel ecōuerſo: non mutabitꝛ opatio: vt ſi īfirmus non ſit medic⁹ ⁊ curetꝛ ab alio: erit bꝫ cura a ꝑncipio extrinſeco. Si ergo ille īfirmus fieret medicus: ⁊ curaret ſe per artē medicine exiſtentē in ipſo: eodem mō curaret ſe: ſicut curabatꝛ ab alio medico. ſic etiam ſi medicus exiſtens īfirmus amitteret artē medicine: ⁊ curaretꝛ ab alio: nō aliter per artem medicine curaretꝛ ab alio ꝗꝫ a ſeipſo: qꝛ ergo non variatꝛ modus agendi: ſi ꝑncipiū ītrinſecuꝫ fiat extrinſecuꝫ: vel ecōuerſo: pꝫ non variari modū agendi: ſi que faceret nā fierēt ab arte: vl' ecōuerſo. ¶ Notādū ꝙ cum medicus ſeipſum curat: illa actio multum videtur aſſimilari nāe. qꝛ eſt a ꝑncipio intra: non tñ per oēꝫ modū aſſimilatꝛ ei: qꝛ ꝙ medic⁹ ſeipſuꝫ curet: eſt per accidens: vt ſupra oſtendebatꝛ. Natura enim eſt ꝑncipiuꝫ motus ⁊ quietis eius in quo eſt per ſe ⁊ primo: ⁊ nō ſm accidens. ¶ Ultimo autem epilogat dicens ꝙ manifeſtum eſt quidem ꝙ a nā ſic eſt cā ſicut agens ꝑpter aliquid. i. ꝑpter finē. Lectio. XVI.

T.c.87 **Quod aūt ex neceſſitate ē: vtrū ex ſuppoſitione exiſtit aut ſimplr.**

¶ Ut ſupra dicebatꝛ circa demōſtrationes phycas duo declāda erāt: videlꝫ ꝙ nā agit ꝑpter finē: ⁊ ꝙ reperitꝛ neceſſariū in rebus phyſicis. declarato ergo ꝑmo ꝙ nā agit ꝑpter aliquid: in parte iſta declarat 2^m: īntentio ergo buius capituli ē oſtendere quomodo reperiatꝛ neceſſariū in nālib⁹. Circa boc aūt duo facꝛ: qꝛ ꝑ querit quō reperiatꝛ neceſſariū in phyſicis. ſcdō exequitꝛ de qſtione ꝑpoſita ibi. (Nūc quidem eniꝫ.) Dicit ergo ꝙ illud qd̄ eſt ex neceſſitate in naturalibus. ſup. dubiū ē: vtꝝ tale neceſſariū exiſtat ſimpliciter aut ex ſuppoſitione. ¶ Notandū aūt ꝙ cāe ſm viam generatōis vel tēporis aliqñ ſumūtur reſpectu prioꝝ: aliqñ reſpectu poſterioꝝ. finis enim cā ē eorum que ſunt ad fineꝫ: tñ in via generationis ⁊ tēporis poſterior eſt omnibus illis. mā eniꝫ ſm generationem intelligitur eſſe prior bis quoꝝ eſt cā. Cum ergo priora imponāt neceſſitatē poſterioribus ſimpliciter: poſteriora vō priorib⁹ ex ſuppoſitione: querere vtrū in reb⁹ nālibus ſit neceſſitas ſimpliciter vel ex ſuppoſitione: eſt querere vtrū in talibus accipiēdū ſit neceſſariū ex cauſis priorib⁹ vel ex poſteriorib⁹. ¶ Uel poſſum⁹ dicere ꝙ neceſſitas ex mā eſt neceſſitas ſimplr ⁊ abſolute: neceſſitas vō ex fine eſt neceſſitas ex ſuppoſitione. Naꝫ ſi neceſſe eſt corrumpi aīal: qꝛ cōpoſituꝫ eſt ex ꝯtrarijs: bꝫ neceſſitas eſt ſimplr ⁊ ineuitabilis: ſꝫ ſi neceſſe eſt babere aliqd ꝑpter finē ꝯſequendū: vt neceſſe eſt babere nauigium: ſi debeat fieri tranſitus marinus: bꝫ neceſſitas non eſt abſoluta. Nauigium .n. nō eſt neceſſariū ſimplr: ſed neceſſariū ad talem finē cōſequēdū. ſuppoſita ergo neceſſitate finis: que ſunt ad finē erunt neceſſaria. qꝛ finis eis neceſſitatem imponit. querere ergo quō ſit neceſſarium accipienduꝫ in nālibus: vtrū ex ſuppoſitiōe vel ſimplr: ē qrere: vtrū talis neceſſitas accipiēda ſit ex fine vel ex materia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Nunc quidā enim opinatꝛ qd̄ eſt ex neceſſitate in generatione eſſe: quemadmodum vtiqꝫ ſi aliquis muruꝫ eſſe ex neceſſitate exiſtimet: qm̄ grauia quidē deorſuꝫ ferri apta nata ſunt: leuia autem ſupereminēt. Unde lapides quidem deorſum in fundamentum: terra autem ſurſum propter leuitatem. Supereminēt aūt ligna: leuiſſima enim ſunt.**

¶ Exequitur de queſtione ꝑpoſita. circa qd̄ duo facit: qꝛ ꝑmo exequitur de ea ſm opinioneꝫ alioꝝ. ſecundo ſm opinionē ꝑpriā ibi. (Sed tñ nō ſine bis.) Dicit ergo. ꝙ nūc quidē antiqui opinantꝛ qd̄ eſt ex neceſſitate. i. neceſſariū in generatione nāli ex mā putant neceſſarium tale eſſe: quēadmodū ſi aliquis exiſtimet murum ſiue domuꝫ eſſe ex neceſſitate māe: vt ꝙ credat: qm̄ grauia ſunt apta nata fieri deorſum ex neceſſitate materie: leuia autē ſupereminent: vñ dicat domū eſſe ſic factā: ꝙ lapides ſunt deorſum: terra ⁊ cementū eſt in medio. ligna vō ſurſum nō ꝑpter finem: ſed gratia māe. lapides quidē eniꝫ tāꝗꝫ grauiores iuerant deorſuꝫ in fūdamento: terra autem ⁊ cementū ꝑꝑ leuitatē iunt ſurſuꝫ: ligna āt: qꝛ ſtꝛ leuiſſima: maxime ſupereminēt oībus.

Dubitaret forte aliqs vtꝝ in nālib⁹ ſit aſſignanda neceſſitas ex mā. ⁊ vrꝛ ꝙ ſic. Nam cū nālis demōſtret per oē genus cauſe: ſi demōſtratio ē ex neceſſarijs: oꝫ in phyſicis accipere neceſſitatē ſꝫ oēꝫ cām: videntꝛ ergo antiqui nō fuiſſe reprebenſibiles aſſignando neceſſitatē nāliū ex neceſſitate māe. ¶ Dōꝫ ꝙ negare nō fieri demōſtrationē in nālib⁹ per mālē cāꝫ: ⁊ nō ſumi neceſſitatē in eis aliq̄ mō ex mā: nō vrꝛ conueniens: cū oīa vel q̄ſi oīa nālia circūcernāt māꝫ. Nō ḡ reprebēſibiles erāt antiqui ponēdo neceſſariū aliquo mō ex pte māe. Sed oīno reprebēſibiles erāt: qꝛ credebāt bꝫ necītatē ꝑncipalr ſumēdā eē ex mā: cū tñ ꝑncipalr ſumi debeat ex fine. ¶ Ad c⁹ euidentiā ſciēdū ꝙ nāliuꝫ effectuū quidā ſunt ꝑ ſe ⁊ directe itenti a nā: vt reꝝ generatio ⁊ eaꝝ ꝯſeruatio ⁊ cōplementū. quidā āt effect⁹ nō ſic ſunt intenti: vt mors ⁊ corruptio. talia aūt nō itenta a nā ꝑueniūt ꝑncipalr ex neceſſitate māe: qꝛ mā eſt id: ꝑ quā res pōt eē ⁊ nō eē. intenta vō ꝑ ſe a nā ꝑncipaliter nō ꝑueniūt ex mā: ſed ex fine. nāliū ergo accipiēda ē neceſſitas ꝑncipalr ex fine: qꝛ vel mā nō ē ꝑncipalis rō taliū: vel ſi aliq̄ ꝑncipalr ex mā ꝑueniūt: nō ſunt ꝑncipalr a nā itenta: vt pꝫ ꝑ iā dcā. ¶ Deiñ cū dicit. Dub^m

¶ **Sed tamen non ſine bis quidem factuꝫ eſt. Non tamen propter boc: niſi ſicut ꝑpter materiam: ſed cauſa abſcondendi ipſa ⁊ ſaluādi. Similiter autē ⁊ in alijs omnibus: in quibus propter aliquid eſt: nō ſine quidē babentibus neceſſariaꝫ naturā ſunt. Non tamen propter boc: ſed aut ſicut materia ſunt: ſed propter aliquid eſt. Ut ꝑpter qd ſerra buiuſmodi. quatenus boc ſit ⁊ propter boc. Sed tñ id qd̄ eſt cuius cā īpoſſibile eſt fieri: niſi ferrea ſit. Neceſſe igitꝛ ferreā eſſe: ſi ſerra erit ⁊ opus ipſius.** T.c.8

¶ Exequitur de questione proposita s̃m opinionem propriam ostendens necessariũ in talibus sumendum esse p̃ncipaliter ex fine: nõ ex mã: vt posuerunt antiqui. circa q̃d tria fac: s̃m ꝙ tripliciter ostendit intentũ. pmo .n. ostendit hoc ex similitudine: quã hꝫ finis in nãlib⁹ cuꝫ fine in artificialib⁹. scdo ostendit ideꝫ ex eo ꝙ hꝫ finis hꝫ rõnẽ principij. tertio ex eo ꝙ hꝫ rõnẽ medij demonstratiui. scda ibi. (Est autẽ necessariũ.) tertia ibi. (Et finis quia cuius causa:) Circa pmũ duo facit: q̃ primo adducit rationẽ ppositaꝫ. secũdo ex his que dixerat cõcludit intentũ ibi. (Ex suppositiõe igit̃.) Dicit ergo. sꝫ tñ non sine his .i. sine mãlibus p̃ncipijs factũ est aliqd nãliuꝫ vel artificialiũ: nõ tñ factum est p̃ncipal'r ppter hoc .i. ppter tale p̃ncipiuꝫ mãle: nisi sicut ppter mãm. domus igitur in artificialib⁹ non est facta p̃ncipal'r ex necessitate mãe: sed facta est causa abscondendi ⁊ saluãdi ipsas res. similiter aũt in oĩbus alijs tam naturalib⁹ q̃ꝫ artificialib⁹: in quib⁹ est agere ppter aliqd .i. ppter finẽ: talia .s. non sunt sine habentib⁹ necessariam mãm: non tñ sunt ppter hoc .i. ppter mãle p̃ncipium p̃ncipaliter: sed aut sunt propter ipsum: sicut ppter mãm: sed ppter aliquid .i. ppter finẽ. sup. sunt p̃ncipal'r: vt ppter q̃d .i. ppter quid serra est hꝰ. respõdetur quatenus hoc sic. ⁊ vt sit finis: ⁊ ppter hoc .i. ppter finẽ p̃ncipalis ergo cã ex fine est: sed tñ mã est aliquo mõ cã: q̃ id q̃d est cuius cã .i. finem: impossibile est fieri: nisi sit mã: vt nisi serra sit ferrea: necesse est ergo mãꝫ esse ferream: si erit serra ⁊ si erit opus eius. ¶ Notandũ auteꝫ ꝙ finis dici potest tam forma q̃ꝫ actio. serra ergo ⁊ opus serre habent rõneꝫ finis respectu mãe: ex q̃ fit q̃d fit serra. p̃ncipaliter ergo ratio debet sumi ex fine. ideo enim mã talis est: q̃ talis est forma: vel tale est opus: aliquo tñ modo ratio sumit̃ ex materia: quia nisi materia esset: nec forma nec opus fieret.

Dub. pª **Dubitaret** forte aliquis vtrũ mã sit causa sine q̃ non: vt videt̃ velle phus. vr̃ ꝙ nõ: q̃ cã sine qua nõ est cã per accñs. mã auteꝫ est cã per se. ergo ⁊c. ¶ Dõm ꝙ cã sine qua non potest dici dupl'r causa remouens prohibens: ⁊ faciens per accñs ad effectũ: ⁊ q̃d sic est causa sine qua non est cã per accñs. ¶ Alio modo potest dici cã sine qua non q̃cq̃d non p̃ncipaliter ⁊ pmo facit ad existentiam alicuius effectus: ⁊ sic materia est causa sine qua non. tam respectu esse q̃ꝫ respectu agere: forma enim est p̃ncipalis ratio essendi ⁊ agẽdi: veꝝ q̃ act⁹ actiuoꝝ sũt in patiente bene disposito: ⁊ propria forma est in ppria mã: esse ipsius: ⁊ per consequens ipsi⁹ agere non soluꝫ per accñs sed etiam per se: cã est mã: sed non p̃ncipaliter ⁊ pmo. vult ergo phus dicere principalẽ cãm nãlũ est sumendam ex fine: nõ ex materia: ideo materiaꝫ appellat causam sine qua non: quia ab ea naturalium effectuum non est sumẽda ratio principalis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Ex suppositione autẽ q̃d necessariuꝫ est: sed non vt finis. in materia enim necessarium est. Q̃d aũt est cuius causa: in ratione est.**

¶ Ex his que dixerat concludit intentum. d. ꝙ necessarium in naturalibus est ex suppositione finis: sed nõ vt finis sit necessariũ .i. sit illud cui imponit̃ necessitas. sꝫ necessariũ est in mã: vt supplet alia littera .i. mã ẽ illud: cui necessitas imponit̃. q̃d aũt est cuius causa .i. finis: ẽ in rõne .i. ẽ illud q̃d est rõ necessitatis. ¶ Notandũ aũt hanc cõclusionem sequi ex dictis. Nam si necessitas finis ẽ ex suppositiõe necessitas mãe absoluta ⁊ simpl'r: q̃ in naturalibus p̃ncipal'r rõ sumẽda ẽ ex fine: non ex materia: ideo necessariũ in talib⁹ nõ ẽ absolutũ: sed ex suppositione ⁊ ex relatione ad finẽ. ¶ Notandũ etiam ꝙ diffinitio mãlis ẽ cõclusio demonstrationis. diffinitio data ex fine est p̃ncipium demõstrationis. q̃ ergo conclusio non imponit necessitatem p̃missis: nec est rõ q̃re p̃misse sint necessarie. Sed magis ecõuerso: iõ finis dr̃ esse non necessari⁹ .i. esse id cui non ĩponit̃ necessitas a mã: sed magis ecõuerso: finis ĩponit necessitatẽ mãe: ⁊ est in rõne: siue est ratio necessitatis eius.

Dubitaret forte aliquis: quare finis in hꝰ ordĩe necessitatis dr̃ eẽ ñ necessari⁹. ¶ Dicendũ ꝙ denominatio ppriẽ ẽ a forma. illud ergo q̃d ẽ formaliter tale: absolute dicitur tale: sed q̃d est solũ virtualiter tale: ⁊ est ratio quare alia sunt talia: nõ dicit̃ absolute tale. h̃ enim inferiora: que sunt formal'r calida ppriẽ ⁊ simpliciter dicuntur calida. celestia .n. q̃ solum sunt virtualiter calida: non dicuntur proprie calida. qui ergo de calore determinare vellet diceret celestia non proprie esse calida: sed hec inferiora esse calida: celestia vero sunt in ratione siue sunt ratio caliditatis istoꝝ: sic q̃ necessitas: q̃ est in ratione demonstratiua: habet esse in mã a fine: ⁊ finis imponit necessitatẽ alijs causis: nõ ecõuerso: iõ sꝫ talẽ necessitatẽ mãe: vel alie cãe sunt sic necessarie. finis aũt nõ ẽ sic necessari⁹: sed ẽ rõ talis necessitatis. ¶ Utrũ aũt p̃ter hãc necessitatẽ: quã videm⁹ in ordine demõstrandi. q̃ ẽ necessitas ĩposita 9clusioni per p̃missas: sit aliq̃ alia necessitas in ipso fine: pp quaꝫ dici possit necessarius: nõ est presentis speculatiõis. sufficit autem ad presens scire ꝙ hꝰ necessitatem: de qua loquimur: finis imponit materie ⁊ alijs causis: nõ aũt econuerso. ¶ Deinde cum dicit. Dub. 2ª

¶ **Est aũt ⁊ in doctrinis necessarium: ⁊ in his que secundũ naturã fiũt quodã modo simil'r. Quoniã enim rectus hic est: necesse est triangulũ duobus rectis equales habere. Sed nõ si hoc est: illud est. Sed si hoc nõ est: neqꝫ ille rectus est. In his aũt que fiunt ppter hoc cõtrariũ est. Si finis enĩ erit: aut est: q̃d est ante finẽ erit: aut est. Si vero nõ: sicut ibi cum non sit 9clusio principiũ non erit: ⁊ hic non est finis: ⁊ q̃d cuius causa: principium enim ⁊ hoc nõ actionis: sed ratiocinationis. Ibi aũt ratiocinationis. Actus enim non sunt.** T. c. 89.

¶ Adducit secundã rõnẽ: ꝙ necessariũ in nãlib⁹ p̃ncipaliter sumẽdũ ẽ ex fine. sumit̃ aũt hec rõ ex eo ꝙ finis hꝫ rõnẽ p̃ncipij. circa hoc aũt tria facit. q̃ pmo ponit rõnẽ dictã. scdo q̃d dixerat mãifestat p exẽplũ. tertio 9cludit intẽtũ. secũda ibi. (Quare si ẽ dom⁹.) tertia ibi. (Manifestũ igit̃ ẽ.) Dic̃ g. ꝙ ĩ doctrinis: ⁊ in his q̃ fiũt sꝫ nãꝫ q̃dã mõ ẽ simil'r necessariũ. in doctrinis .n. q̃ñ hic ẽ rectus .i. q̃ñ sunt p̃misse: vel q̃ñ ẽ triangulus rectilineus habẽs angulũ extrinsecũ equiualentẽ duob⁹ intrĩsecis sibi oppositis: iõ q̃ sic est: necesse est triangulũ habere tres angulos equales duobus rectis. in doctrinis ergo si sunt premisse est 9. sꝫ nõ si ẽ B .i. si ẽ 9: ẽ illud .i. sunt p̃misse. põt .n. 9tingere ꝙ 9 sit vera ⁊ p̃misse false. Sꝫ si B nõ ẽ .i. si nõ est 9: vel si triangulus nõ hꝫ tres: nec ille est rect⁹ .i. nõ erũt p̃misse: ⁊ triangulus nõ erit rect⁹ .i. non erit rectiline⁹ hñs angulũ extrinsecũ equiualentem ⁊c. Nã si 9 est falsa: opꝫ falsitatẽ eẽ in premissis. Sꝫ in his que fiũt s̃m nãm: sunt hec ecõtrario. in talib⁹ enim si finis erit aut est: q̃d est ante finẽ: aut erit aut est. Si vero

non est.supple qd̄ ē ad finē:nō erit finis:sicut ibi in doctrinis cū non sit cōclusio.sup.non est principium.finis ergo in nālib⁹ se habet vt pncipiū:⁊ qd̄ est ad finē:vt pz per habita:se habet sicut conclusio.⁊ tunc supplenda ē rō:ꝙ cum pncipia imponant necessitatem conclusioni:⁊ necessitas sit pncipalr sumēda ex principijs:rō necessitatis in naturalibus sumēda est ex fine:cuz se habeat q̄si principiū in doctrinis.subdit autez quomodo finis habet rōnem principij.d.ꝙ ⁊ hoc.i.finis est principiuz non actionis:sed ratiocinationis.⁊ addit.ꝙ ibi.s.in doctrinis sumendum est principiuz rōcinationis nō actionis:quia actus non sunt ibi.

Dub.pª **Dubitaret** forte aliqs:qr videt̄ phs sibi cōtradicere.dixerat eniz prius simile esse in his:que fiūt sz naturā:⁊ in doctrinis.postea aūt subdit ꝙ hic ⁊ ibi est econtrario.❡ Dōm nō esse inconueniēs idem diuersimode sumptum se habere similiter ⁊ contrarie.finis.n.i executione se habet sicut vltimū:⁊ sicut conclusio.est.n.id qd̄ vltimo efficit̄.in rōcinando vō se habet sicut pncipiuz:vel sicut primū.est enim id qd̄ primo apprehendit̄:qr ergo finis semp ⁊ quocūq; mō sumptus imponit necessitatē:his que sunt ad finē:ideo si accipiat̄ via executiua:⁊ vt habz rōnē cōclusionis:⁊ vltimi:sic ecōtrario est in doctrinis ⁊ in nālibus.in doctrinia enim premisse imponunt necessitatē cōclusioni.in nālibus vero conclusio ⁊ vltimuz imponit necessitatē pcedentib⁹.Sed si fiat acceptio fm viam rōcinatiuaz:sic similr est in doctrinis ⁊ in nālibus.Nam fm hanc viam rōcinatiuā finis hz rōnē principij.Sicut ergo in doctrinis pncipia imponunt necessiuatem conclusioni:sic in nālib⁹ finis imponit necessitatez his que sunt ad finem.phus ergo non ait simplr esse simile in nālib⁹ ⁊ in doctrinis:sz ꝙ quodā modo similr se hz hic ⁊ ibi.Est .n.aliquo mō similr:⁊ aliq mō dissimilr:vt pz p iā dcā.

Dub.2ª **Alterius** forte dubitaret aliqs:cuz finis vno mō habeat rōnem pncipij.alio mō rōnem cōclusionis:cum demonstratio fiat per pncipia;⁊ non per cōclusionē:non vr̄ simpliciter esse ꝯcedendū in demonstrationibus phycis necessitatē esse ex fine:sed cū distinctiōe debem⁹ dicere ꝙ est vt sic:⁊ est vt nō.❡ Dicendū ꝙ cū demōstratio ⁊ oīs rōcinatio:per se loquendo:sint actus rōnis:vel se teneant ex parte rōnis;pncipium in demōstratiuis sumendū ē via rōcinatiua:⁊ qr in rōcinando finis hz rōnē principij:simplr cōcedendū est necessitatē in rōnibus demōstratiuis sumendam eē ex fine.peccabat ergo ratio facta per accñs.accidit eni fini:vt cōparatur ad demōstratiōes:ꝙ habeat rōnē cōclusionis:cū via rōcinatiua sit id qd̄ primo concipitur.

❡ Uel possumus dicere ꝙ non omne vltimū est id:cui imponitur necessitas:sed necessitas imponit̄ ei qd̄ ē vltimū in rōcinando.sed qd̄ est vltimum in exequēdo nō necessarium est ex alijs:sed est rō necessitatis alioꝝ.finis ergo siue accipiat̄ vt principiuz in rōcinādo:siue vt est vltimū in exequendo:semp est id a quo pncipalr sumenda est ratio necessitatis.❡ Possum⁹ aūt tertio respōdere sic:ꝙ cū nālis phia sit scientia speculatiua:nō factiua:qr in speculādo ⁊ in rōcinādo finis hz rōnē principij:nullam hz calūniam:qd̄ in demonstratiōib⁹ physicis rō necessicatis sit sumenda ex fine.signanter ergo phs dixit finem eē pncipium rōcinationis:⁊ ꝙ ibi.s.in doctrinis speculatiuis sunt rōcinatōes:nō actiones:vt ōnderet in talib⁹ rōnib⁹ vel demōstrationib⁹ rōnem ⁊ necessitatē sumēdā eē ex fine.❡ Deinde cū dicit.

T.c.90. ❡ **Quare si erit domus:hec necē fieri:aut existere:aut esse:aut oīno mām:que ꝑpter hoc:vt lateres ⁊ lapides esse:si domus:nō tamen ꝑpter hoc est finis.Sz aut sicut materie sunt neq; erit ꝑpter hoc.Oino tamē si nō sint:nō erit:neq; domus neq; serra.Hec quidez nisi sint lapides:illa vero nisi ferꝝ sit.Neq;.n.ibi pricipia sunt:nisi triāgulū duobus rectis.**

❡ Manifestat qd̄ dixerat per exēpla ⁊ dicit.ꝙ si erit domus:necesse ē fieri aut existere:h que ordinant̄ ad domuz.aut oīno.i.vlr necesse est eē mām que est ꝑpter h .i.ꝑpter domū:vt si domus est necesse est esse lapides lateres que sunt mā eius:nō tamen propter hoc finis ē lapides vel lateres:sed aut talia sunt sicut mā dom⁹:nz domus erit ꝑpter hoc.i.propter lateres ⁊ lapides:sicut ꝑpter finē domus:ergo vlr finis se hz ad mām sic pncipium ad conclusionē:qr sicut positis premissis ponit̄ ꝯ:sic posito fine ponunt̄ ea que sunt ad finē.ea vō que sūt ad finē se habent sicut ꝯ:qr sicut non existente ꝯne non existunt:premisse:sic nō existentib⁹ que sunt ad finē:nō erit finis:iō subdit:ꝙ oīno tñ si nō sint mālia ⁊ que sunt ad finem:nō erit finis:vt nō erit neq; dom⁹ neq; serra. Naz h quidē.s.domus non erit nisi sint lapides:illa vō .s.serra nō erit nisi sit ferrum.sic etiam ibi in doctrinis non sunt principia nisi contingat triangulo habere tres angulos equales duobus rectis.idest nisi contingat eē conclusionem.❡ Deinde cum dicit.

❡ **Manifestū igit̄ ē:qd̄ est necāriū in physicis:ꝙ sicut mā dr̄ ⁊ motus q ipsius.❡ Et vtreq; physico dicēde sunt cause:magis aūt que cu⁹ cā.Causa.n.hec materie est:h nō hic finis.** T.c.91.

❡ Cōcludit cōclusionē intentaz dicens.ꝙ in phycis id qd̄ est sicut mā:⁊ ille qui dicit̄ mot⁹ ipsius ē id.qd̄ est necessariū:cui imponit̄ necessitas.materia enim ⁊ motus eius suscipiunt necessitatē ex fine.vtraq; ḡ.s.finis ⁊ mā sunt dicēde cāe physico.i.a physico.magis autem dicenda ē cā q ē c⁹ cā alia fiūt.i.finis ⁊ ē rō:qr finis ē cā māe:sz h.i.mā nō sic ē cā ipsi⁹ finis.ē.n.mā ꝑpter finē:nō finis pp mām.aliq āt text⁹ hñt qd̄ cā ē mā sed nō ē finis:sz nō ꝯcordat cū lrā ꝯmēti.possz tñ sic exponi:ꝙ vtraq; cā tam mā q̄ finis reddenda ē a phyco:est eniz ipa mā cā reꝝ nāliū.iō reddēda ē a phyco:tñ qr nō ē cā vt finis nec ē cā pncipal':magis spectat ad phycū reddere rōnē per finem q̄ per materiam.

Dub.ª **Dubitaret** forte aliqs qūo veꝝ sit ꝙ vr̄ phs dicere.s.ꝙ in nālib⁹ nō sit reddēda rō necitat simplr sz ex suppositōe.❡ Dōz ꝙ simplr vt ad psens spectat triplr pōt sumi:pº vt idē ē qd̄ vlr ⁊ sp.qd̄.n. ē sp dr̄ eē simplr respcū ei⁹ qd̄ sp eē nō hz. scdo pōt accipi simplr dcm̄,put idē ē ꝙ absolute sumptū.qd̄ eni ē respectiue tale dr̄ eē n̄ simplr tale. 3º pōt dici simplr,put diuidit̄ ꝯ sz qd.Oib⁹ istis modis possum⁹ dicere necitatez nāliū sumendā eē:nō simplr.pº.n.ci⁹ necessitas nō ē simplr:qr nō ē vt sp.nō.n.oz ꝙ nāle ē eē vt sp:imo vtplimū nālia st̄ vt frequēter.scdo nālia dicunt̄ eē nō simplr qr nō hñt necessitatē absolutā.necitas.n.māe ē necessitas absoluta.q̄.n.ꝯtingūt ex necitate māe vt mors ⁊ corruptio ⁊c.talia absq; relatōe ad finē ⁊ absq; itētiōe ei⁹ eē hñt.sz nālia q st̄ itēta a nā n̄ hñt ꝯtigere nisi p rlatōz ad aliō vt ex itētōe finis.3º nālia dicunt̄ n̄ eē necīa simpliciter:qr st̄ necīa q̄si sz qd.in reb⁹.n.imobilib⁹ q̄ fm qd̄ hs̄ p motū ⁊ trāsmutatōez n̄ ꝑgrediunt̄ i eē:nō ē assignāda necessitas ex parte finis;sed solum ex forma ⁊ natura coꝝ.pp qd̄ qr mathematica fm ꝙ hs̄ imobilia sunt demōstratio i eis nō fit neq; ex fine:neq; ex bono.

Ridiculū.n.esset dicere qđ triangulus habet tres ꝛ nō
quatuor:qꝛ melius ꝛ dignius est ipsiuꝫ hr̃e tres q̃ q̃tuor.
quicqd.n.demōstrabit de triāgulo hoc est:qꝛ sic cōpetit
nature eius:ꝛ inde est ꝙ demōstrationes mathe᷈ solū di
cunt̃ esse per diffōnē ꝛ formā.in nālibus aūt non sic:qꝛ
cum nā agat ꝑꝑ finem demōstrationes physice sunt su
mēde ꝑncipalr̃ ex fine.Cū ergo necessitas ex nā propria
sit necessitas simplr̃ respectu necessitas ex ordīe ad aliđ
ꝑper cōparationē ad finē dmonstratiōes mathe᷈ magis
dicuntur respicere necessarium simplr̃:nāles vero ma
gis respiciunt necessitatem ex supposit ione:ꝛ ex ordine
ad finem.❡Deinde cum dicit.

❡Et finis qui cuius causa ꝛ principium a diffi
nitione ꝛ ratione est:sicut in his que secundū
artem.Quoniam si domus talis est:oportet
hec fieri ex necessitate et esse:ꝛ quoniaꝫ hoc ē
sanitas:hec oportet fieri:ꝛ esse ex necessitate.
Sic ꝛ si homo hoc est hoc:si āt hoc ꝛ hoc.

❡Ostendit necessitatē nāliū eē ex fine ex eo ꝙ finis hꝫ
rōnē medij demōstratiui.mediū āt in demōstratiōe est
diffinitio.duo ergo facit:qꝛ ꝑmo ostēdit necessitatē ꝛ rō
nē nāliū ꝑncipalr̃ sumēdā eē ex fine.scđo ostēdit eā ali
quo mō sumēdā eē ex mā ibi.(Fortassis aūt.)❡Dicit
ergo ꝙ finis:qꝛ ē cui᷒ cā alia fiunt:ꝛ est ꝑncipiuꝫ alioꝝ.
ideo supple ab eo ꝑncipalr̃ sumēda est rō ꝛ necessitas in
demōstrationibus naturalib᷒:qđ patet:qꝛ a diffōne ꝛ ra
tione finis:est supple sumēda necessitas in nālib᷒:sicut
in his que sunt ſm artē:vt si domus intendat̃ in arte ex
diffōne domus sumet̃ necessitas alioꝝ:dicemus.n.quo
niam si dom᷒ est talis:vt qꝛ est coopertimētū ꝛc.iđ ex ne
cessitate oꝫ hec fieri ꝛ esse:ꝛ qm̃ sanitas est hoc.iđ ex ne
cessitate opꝫ h̄ fieri ꝛ eē:sic ēt ꝛ in nālibus.si hō est hoc
supple ex necessitate erit.si aūt h̄.i.si aliud nāle est hoc
ꝛ hoc.i.aliđ erit:tūc ergo supplēda est rō ꝙ cū a diffōne
finis.tā in nālibus q̃ in artificialib᷒ sumatur rō alioꝝ:
opꝫ necessitatem taliū ꝑncipalr̃ ex fine sumēdam esse.
❡Nōndū āt hāc rōnē sic differre a scđa. 2ᵃ.n.rō fuit ma
gis vl̃is ꝛ cōfusa q̃ ista.dicebat̃.n.ibi.Fineꝫ hr̃e ꝑncipij
respectu sillogismi:sed nō demōstratiui.Nam ꝙ existē
tibus premissis existat ꝯclusio.nō existēte aūt cōclusio
ne non existūt ꝑmisse est:de rōne sillogismi vlr̃.in libro
eni prioꝝ:vbi agit̃ de sillogismo simplr̃:ostendit̃ ꝙ non
seqtur ex veris nisi veꝝ:ꝛ ꝙ falsum nō seqtur nisi ex fal
so.scđa.n.rō assimilabat fineꝫ ꝑncipio sillogistico.vt re
cipit sillogismū demōstratiuū.diffō.n.nō est mediū silli
simplr̃:sed demōstratiui.eo ergo ipso ꝙ ex diffōne finis
sumit̃ rō alioꝝ:finis hꝫ rōnem ꝑncipij sillogistici:nō so
luꝫ respectu sillogismi simplr̃:sed respectu sillogismi de
monstratiui.Necessitas ergo demonstrationū physica
rū principalr̃ est sumēda ex fine.❡Deinde cum dicit.

❡Fortassis aūt ꝛ in ratione est necessariū.De
terminātī.n.opus serrandi:qm̃ diuisio huius
T.c.ii. modi.Hoc aūt non erit nisi habeat dentes hu
iusmodi.Hi aūt nō nisi ferrum.Sunt.n.ꝛ in
diffinitione quedā partes vt materia.

❡Ostendit hꝫ necessitatē aliquo mō sumēdā eē ex mā.
Ad cuius euidentiā sciēdum ꝙ si diffō est mediū in de
mōstratione:sicut aliqd facit ad diffōnē:sic facit ad ne
cessitatē demōstrationis ꝑncipalr̃ aūt diffō nālium su
mēda est ex fine vel ex forma.aliquo tñ modo ad diffō
nem mā ꝑtinet.licet nō ita ꝑncipalr̃ vt forma.Ad ‘insi
nuādū āt māꝫ aliquo mō facere ad talē necessitatē:ostē
dit eā aliquo mō ꝑtinere ad diffōnē reꝝ.ideo ait ꝙ for
tassis in rōne.i.in diffōne necessariū est supple.vti mate
ria.determinanti.n.idest diffinienti opus serrādi:qm̃ ē di
uisio hꝫ.i.diuisio duroꝝ:qꝛ hoc nō erit nisi hēat hꝫ den
tes.hi aūt dentes nō erūt:nisi sit ferrū.iđ oꝫ ferrū poni ī
diffōne serre:nec ē icōueniēs māꝫ igredi diffōnē:qꝛ sunt
in diffōne q̃dā ꝑtes:vt mā:mā.n.licet non q̃libet diffō
nē ingrediat̃:mā tñ ꝑtinēs ad spēm diffōnem ingredit̃.
❡Notādū aūt ꝙ dicit fortassis necessariū est vti mate
ria in diffōne:qꝛ principalr̃ mā nō ꝑtinet ad diffōnē.sed
quodāmodo.❡Notādū āt ꝙ cū forma habeat rōnē fi
nis.vr̃ pħo sufficiēter ꝓbare ꝙ si diffinito sumitur ꝑnci
paliter ex forma ex cōsequēti ex mā:qꝛ diffinitio hꝫ rō
nem medij in demōstratione.iđ demōstrationis necessi
tas sumēda est ex fine ꝑncipalr̃ ꝛ ex mā ex consequēti:
imo qꝛ diffinitio mālis est cōclusio ī demōstratione:qꝛ
non exn̄te conclōne non existūt ꝑmisse:necessitas dmō
strationis sumpta ex mā est q̃si necessitas sine q̃ non:vt
supius dicebat̃.❡Nōndū ēt ꝙ diffinitio formalis pōt
dici oīs diffinitio iponēs necessitatē.diffinitio mālis pt
dici diffinitio:cui iponit̃ necessitas:ꝛ qꝛ finis iponit ne
cessitatē efficiēti:efficiens forme:ꝛ forma materie:diffi
nitio data per finē ē formalis respectu oīuꝫ aliaꝝ:ꝛ oēs
alie sunt māles respcū eius.sicut ergo eē principalr̃ ē ex
forma:ex consequēti ex mā:sic in doctrinis arguētib᷒ ex
cā finali necessitas demonstrationis ꝑncipalr̃ ē ex diffi
nitione finis:q̃ ē q̃si formalis respectu oīuꝫ aliaꝝ.ex cō
sequēti āt est ex alijs q̃ sūt q̃si māles respectu ei᷒.ex quo
apparet non eē īconueniēs ſm diuersas demonstratio
nes diuersimode sumi rationē necessitatis.Nā cū actio
habeat rationē finis respcū forme:forma habeat ratio
nē finis respectu materie:diffō sumpta ex actione serre
erit ꝑncipalis respectu diffōnis sumpte ex forma:ꝛ diffō
sumpta ex forma serre:vel ex forma cuiuscunq̧ alterius
erit ꝑncipalis respectu diffōnis sumpte ex mā.ꝛ qꝛ hoc
comm contigit:qꝛ vt dcm̄ est actio habet rōneꝫ finis re
spectu forme ꝛ forma respectu materie.ideo manifeste
patet necessitatem demonstrationis ꝑncipalr̃ ex fine su
mendam esse:vt ī littera pħi per plures rōnes ostēsuꝫ ē.
ꝛ ī hoc terminat̃ sñia scđi libri physicoꝝ Egidij romani.

❡Incipit terti᷒ liber physicoꝝ. Lec. I.

Quoniam autem natura est princi- T.cō.i.
pium motus ꝛ mutationis:scien
tia autē nobis de natura est:opor
tet non ignorare quid sit motus.
Necessariū enim est ignorato ipo
ꝛ ignorari naturam.

❡Postq̃ pħs ī duobus libris ꝑcedentib᷒ determīauit đ
ꝑncipijs corporis mobilis.In ꝑte ista icipit đterminare de
corpore mobili siue đ motu:q ē passio talis corporis.circa h̄
āt duo fac:qꝛ ꝑmo ostēdit qđ spectat ad nālē đterminare
de motu ꝛ đ ꝯñtib᷒ motū.scđo exeqt̃ tā đ motu q̃ đ ꝯñ
tib᷒ motū.scđa ibi.(Primū āt vt dixim᷒.)Circa ꝑmuꝫ
duo fac:qꝛ ꝑo ostēdit ꝙ spectat ad nālē ꝯsiderar̃ đ motu.
scđo ꝙ spectat ad ipꝫ đterminare đ ꝯñtib᷒ motū ibi.(De
terminātib᷒ āt.)Dic ḡ ꝙ qꝛ nā ē ꝑncipiū motus ꝛ muta
tionis ꝛ sciā nobis ē đ nā.iđ oꝫ nos nāles ñ ignorare qđ
sit mot᷒.necessariū ē.n.ignorato ipo motu ignorare nāꝫ.

Dubitaret forte aliqs ꝙ cū cognita cā non opor Dub.ꝑᵒ
teat cognosci effectū poterit sciri na
tura secūduꝫ id qđ est absq̧ eo ꝙ cognoscatur motus.nō
ergo oportet ꝙ ignorato motu ignoret̃ natura.❡Dicē
dum ꝙ absolute loquēdo non opꝫ ꝙ cognita causa ſm

id quod est ꝙ cognoscať effectus. Ad cognitionē.n.effectus nõ sufficit scire cãz;nisi sciať qm illius ē cã:vel sub rõne qua ē causa:licet ergo sic sit simplr loquēdo:sūt tamen aliq effectus adeo manifeste se hñtes ad cãz:ꝙ statim scita cã sciť effectus.sicut.n.pncipia cognoscim⁹ cū statim terminos cognoscimus:sic aliquos effect⁹ cognoscimus statiz cū eoꝝ cãz cognoscimus.imo qꝛ mot⁹ claudiť in diffõne nãe:ꝛ diffiniendo nãm mētionē facimus de motu:nõ est possibile scire nãm ignorato motu:vnus ergo mod⁹ soluendi ad q̃situm est:ꝙ lz nõ sit vlr de rõne effectus:ꝙ scita cã ſm id qõ est sciať ꝛ ipse effect⁹:sūt tamē aliq effectus habentes adeo patentem ordinē ad suã cãm:ꝙ ignoratis eis necesse sit ignorare eoꝝ causaz. ℭ Possumus āt aliter soluere:ꝛ forte meli⁹:qꝛ licet scita cã ſm id qõ est:non oportet scire effectum:scita tñ cã sub rõne qua cã:ipossibile est ignorare effectū.nã.n.non nominat nãm ꝛ qditatem rei ꝛ essentiã rei absolute:sed nominat ipsaz vt est rõ ꝛ pncipiū motus:qõ patet ex diffinitione eius.scire ergo nãm vt natura est:est scire eēntiam:nõ absolute:sed vt ē cã ꝛ principiuz motus:ꝛ qꝛ nõ põt sciri cã:vt cã ē sine cognitõe effectus:nõ pt cognosci nã vt nã ē:nisi cognoscať ꝛ motus. ℭ Deinde cuz dicit.

ℭ Determinantibus autem de motu tētanduz est eodem aggredi modo: ꝛ de his que consequenter sunt. Videtur autem motus esse cõtinuorum: sed infinitū apparet primo i ꝯtinuo. Unde ꝛ diffinientibus cõtinuum ꝯtingit prius indigere multotiens ratione infiniti ꝛ cum in infinitum diuisibile continuum sit.

ℭ Ostendit ꝙ spectat ad nãlem determinare de ꝯsequētibus motum. Ad motū autē videnť ꝯsequi continuū:ifinituz:locus:vacuū:ꝛ tēpus.duo ergo facit:qꝛ pmo ostēdit ꝙ spectat ad nãlem determinare de ꝯtinuo ꝛ infinito. scđo ostendit ꝙ spectat ad ipm determinare de loco vacuo ꝛ tēpore ibi.(Adhuc aūt sine loco.)Dicit ergo ꝙ determinãtibus de motu tēptandū est eodē mõ aggredi de his que ꝯsequēter sunt ad motuz:ꝛ qꝛ motus videtur eē de numero ꝯtinuoꝝ:ideo sup.determinãdū de cõtinuo:ꝛ ēt qꝛ ifinitum pmo apparet in ꝯtinuo:iõ determinãdum est de infinito. Qꝛ aūt ifinituz appeat in ꝯtinuo ꝛ sit de rõne eius pz.qꝛ diffinientibus cõtinuum pmuz.i.pncipalr contingit indigere multotiēs rõne infiniti:cuz continuum sit diuisibile in infinitū. ℭ Notãdum autē qõ ait ꝙ diffiniendo continuum multotiens idigemus

Cõme.p infinito:qꝛ ꝯtinuum ſm Cõmentatorem põt duplr diffiniri. pmo via compositiua:ꝛ sic diffiniť in predicamētis continuum:vbi dř: ꝙ continuum est:cuius ptes ad aliquem terminū cõem copulanť:ꝛ sic diffiniendo ꝯtinuū infinitum nõ cadit in rõne eius. scđo modo diffiniť cõtinuū via resolutiua:ꝛ sic diffiniť hic.vbi dř ꝙ ꝯtinuum est qõ est diuisibile in ifinitum:ꝛ hoc mõ ifinituz cadit in rõne cõtinui.dicit ergo phs ꝙ diffiniēdo continuum multotiens indigem⁹ infinito:qꝛ in diffõne cõtinui nõ semp cadit rõ infiniti vt ostensuz ē. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Adhuc autez sine loco ꝛ vacuo ꝛ tempore impossibile est esse motum. Manifestum igiť

T.c.z. est ꝙ ꝛ propter hec: ꝛ propter id qõ omniuz sunt cõmunia ꝛ vniuersaliter omnibus intendendū preargumentãtibus de vnoquoqꝫ istorum. Posterior autez de proprijs speculatio ea que de communibus est.

ℭ Ostendit ꝙ spectat ad nãlem ꝯsiderare ð loco vacuo ꝛ tpe dicens:ꝙ adhuc sine loco vacuo ꝛ tpe ipossibile ē esse motū.ergo manifestū est ꝙ pp hoc ꝙ motus nõ põt esse sine predictis.ꝛ pp id ꝙ predicta sunt cõsequentia oium nãlium.iõ supple spectat ad nãlem considerare ð illis.iõ subdit:ꝙ intelligendū est hoc.i.que sunt dicēda circa hoc vlr de oibus preargüentibus nobis vlr ð vnoquoqꝫ istoꝝ.rõ autē quare vlr est prius intendenduz ꝛ argumentandū de istis ex hoc sumitur:qꝛ speculatio de proprijs posterior est ea speculatiõe q̃ ē de cõib⁹. ℭ Notandū autem phm assignasse duplicē rõnem:quare spectat ad nãlez considerare de ꝯtinuo.ifinito.loco.vacuo.ꝛ tēpore. Prima est.qꝛ talia consequunť motum.secūda autē qꝛ talia sunt oibus nãlib⁹ cõia.he aūt due rõnes sic se hñt:qꝛ pma simplr ostendit ꝙ spectat ad nãlez ꝯsiderare de predictis:cū spectet ad ipz ꝯsiderare de motu.secūda āt plus arguit:qꝛ ostēdit ꝙ ad hãc ptez phie nãlis.s.ad librū physicoꝝ spectat ꝯsiderare ð talib⁹. Si.n.i ħ libro traduntť cõia nãlis phie:i sequētib⁹ āt libris traduntur magis specialia ꝛ magis ppria:si pdicta sunt cõia oibus nãlib⁹:pz ꝙ ꝯsideratio de eis spectat ad hūc librum qui ē pmus in nãli phia.vbi agēdum est ð cõibus.ꝯsideratio.n.cõium spectat ad primū libꝛuz phie nãlis:qꝛ hꝫ ꝯsideratio prior est ea speculatõe q̃ est de pprijs. ℭ Notandū ēt pdicta qnqꝫ eē cõia oibus:vl q̃si oib⁹ nãlib⁹:vl ſm veritatē:vel ſm opinionē.vacuū.n.ſm veritatē in naturalibus eē nõ hꝫ:ſm tñ quorūdã opionez vacuū q̃si ē cõe oib⁹ nãlib⁹.posuerũt.n.qdã vt Democrit⁹ ꝛ Leucipp⁹ oia nãlia ꝯposita eē ex inani ꝛ pleno. ℭ Deinde cū dic.

ℭ Primum autez sicut diximus de motu. Est quidem igitur aliquid quod endelechia tantuz est: aliud autem tantum potentia. Et eorum q̃ sunt actu: hoc quidem hoc aliquid: aliud vero quantū: aliud vero quale: vel aliquod aliorũ entis predicamentorum. Sed eius qõ ad aliquid: aliud quidem secūdum superabundãtiã ꝛ defectum dicitur: aliud autem secundū actiuuz ꝛ passiuum: ꝛ omnino motiuuz ꝛ mobile: motiuum enim motiuuz mobilis est: ꝛ mobile a motiuo est mobile. Tẽ

ℭ Ut diximus exequiť tã de motu q̃ȝ de cõsequentibus motum.ꝯsequētia āt motum vt ad presens spectat sunt quinqꝫ.vz.ꝯtinuū.infinitū.locus.vacuū.ꝛ tps:possum⁹ ꝙ prima facie diuidere sequētem tractatū in partes.6.qꝛ primo determinat de motu.scđo de infinito.tertio ð loco. quarto de vacuo. quinto de tpe. ꝛ sexto de cõtinuo. scđa ergo pars incipit añ mediū huius tertij ibi.(Quoniam āt de nã sciētia.)Tertia ps icipit in pncipio quarti ibi.(Silr aūt necesse est physicū.)Quarta añ mediū quarti ibi.(Eodem āt mõ accipiēdū ē.)Quinta ps incipit circa finē quarti ibi.(Cõsequēs āt dictis est aggredi de tpe.)Sexta ps icipit in pncipio sexti ibi.(Si aūt est ꝯtinuū.)Qūo aūt qntus septimus ꝛ octauus q ī hac diuisiõe gnãli nõ videť icludi:ðseruiãt huic opi i.pseqndo patebit.pma āt ps i q̃ ðtermiat ð motu:diuidiť i duas qꝛ p ðtermiat ð motu.scđo qꝛ actio ꝛ passio videť pluriмū eē ãmixta motu:mouet quãdã rõnabilē q̃stionē circa actõez ꝛ passionē ibi.(Pz āt ðfectū rõnabilē.)Mot⁹ āt duplicē hꝫ diffõnē.q̃rū vna ē q̃si formalis ꝛ ðmõstratiõis pncipiū.alia vo ē q̃si mãlis ꝛ ðmõstratõis ꝯclusio. in determinando ergo de motu.duo facit:qꝛ pmo venat diffõnem hanc ꝙ motus est actus entis in potētia:s3ꝙ

cõ.16.b⁹ hꝫ que ſm Cõmentatorem eſt quaſi formalis ⁊ demonſtrationis pͥncipium. ſcḋo venatur diffõnem aliã: q̄ꝫ. vꝫ. motus eſt actus mobilis in eo ꝙ mobile: q̄ diffinitio ſm Cõmentatorem eſt quaſi materialis ⁊ demõſtratiõis cõcluſio ſcḋa ibi. (Mouet̃ autez ⁊ mouens.) pars ãt illa ĩ qua venat̃ primam diffõnem motus ſm ꝯmentatorem diuiditur in tres partes: ſm ꝙ tripliciter venatur ipaz. primo.n. venat̃ eã via diuiſiua. ſcḋo via ĩductiua. tertio remouẽdo contraria. ſecũda ibi. (Qz autẽ hic ſit mot⁹.) tertia ibi. (Qz autem bene dcm̃ eſt.) Circa primũ tria facit: qꝛ primo premittit quaſdam diuiſiones ex q̄bus inueſtigari poteſt diffinitio motus. ſcḋo oſtẽdit in quo p̄dicamento ſit motus. tertio ex his que dixerat ꝯcludit diffõnem motus tãquã inueſtigatam ⁊ venatã. ſcḋa ibi. (Non eſt aũt motus.) tertia ibi. (Diuiſio autẽ ſꝫ vnũquodqꝫ) ¶ Dicit ergo ꝙ ſicut diximus. pͥmum dõm ẽ ḋ motu q̄ꝫ de conſequentibus motum. premittit autẽ tres diuiſiones ex quibus venari poſſumus diffõnem mot⁹. Prima diuiſio eſt ꝙ eorũ que ſunt aliq̄d eſt qḋ eſt tantũmodo endelechia. i. actu: aliud vero qḋ eſt tantũ potẽtia. Secũda diuiſio eſt ꝙ eoꝝ que ſunt actu. hoc q̄dẽ eſt hoc aliquid. i. ſubſtãtia. aliud vero quãtũ. aliud vero q̄le: vel ſimiliter eſt aliq̄d alioꝝ predicamentorũ entis. Tertia diuiſio eſt reſpectu ipſius relatõis: qꝛ eiꝰ qḋ eſt ad aliquid aliud q̄dem dr̃ ſm ſupabundantiam ⁊ defectum. i. ſm quantitatem perfectã ⁊ impfectã. fundat̃. n. relatio aliquãdo in quãtitate ſupabũdãte: vt duplũ triplum ⁊ cetera talia: aliquãdo vero in quantitate deficiente: vt ſubduplũ ſubtriplum ⁊ hm̄: ⁊ ſicut relatio fundat̃ in quantitate: ſic fundat̃ in actione ⁊ paſſione: iõ ſubdit: ꝙ aliud qḋ eſt ad aliq̄d ſm actiuum ⁊ paſſiuũ ⁊ oĩno. i. vniuerſaliter ſm motiuũ ⁊ mobile. ꝙ aũt motiuum ⁊ mobile ſint relatiua pꝫ: qꝛ motiuũ eſt mobilis motiuũ ⁊ mobile ẽ a motiuo mobile. ẽ ergo hec tertia diuiſio: ꝙ relatio vel fundat̃ ĩ quãtitate vel in actione ⁊ paſſione.

Dub.3ª **Dubitaret** forte aliq̄s. quomõ he tres diuiſiones faciant motus ad diffõnem. ¶ Dõꝫ qḋ diffinitio motus q̄ hic intendit̃ eſt ꝙ motus ẽ actus entis in potẽtia ſm ꝙ in potentia. in hac ãt diffõne tria tangunt̃: pͥmo. n. tangit̃ quid eſt motus: qꝛ eſt actus. ſcḋo cuius eſt: qꝛ eſt entis in po⁹. tertio reſpectu cuius ẽ: qꝛ eſt reſpectu eius ad qḋ eſt ĩ potẽtia. Ad has aũt tres particulas inueſtigandas deſeruiunt predicte tres diuiſiones. Nam ex pͥma diuiſione cũ dicit̃ ꝙ aliud quidem ẽ act⁹ ⁊ endelechia: aliud vero potẽtia: accipit̃ quid eſt mot⁹: qꝛ eſt actus. Ex ſcḋa vero diuiſione: ꝙ entium aliud eſt ſubſtãtia aliud q̄ꝫtitas aut aliud hm̄. accipitur cuiꝰ ẽ motus qꝛ eſt entis in potẽtia. Nã ſm diuerſa predicamẽta motus diuerſimode eſt entis in po⁹. Naꝫ motus ad ſubſtantiam ſubm̃ eſt ſubſtãtia in potentia. motus ad quãtitatem ſubm̃ eſt quãtum in po⁹ ⁊ ſic de alijs: ⁊ qꝛ ſꝫ aliḋ ⁊ aliud p̄dicamẽtũ aliud ⁊ aliud ens in po⁹ eſt ſubm̃ motus: ideo motus eſt alterius ⁊ alteriꝰ entis ĩ po⁹. vt ergo ſciremus cuius entis in po⁹ ſit motus: oportuit diuidere predicamẽta. Sic ergo ĩtelligẽdum eſt ꝙ motus eſt entis in po⁹: qꝛ motus ad qualitatez eſt q̄lis in potẽtia: motus ad quãtitatẽ eſt quãti in potẽtia ⁊ ſic de alijs. Ex tertia aũt diuiſione habet̃ reſpectu cuiꝰ ſit motus. Naꝫ eſt reſpectu forme ad quã eſt in po⁹: ſed hic ordo ⁊ hic reſpectus fundat̃ in actione ⁊ paſſione: vel fundat̃ in dependẽtia mobilis ad motũ: vt ergo haberet̃ ordo ille vel ille reſpectus potẽtialis quẽ dicit motus: vt hꝫ ordinẽ ad formã: oportuit de relatione diſtinguere: q̄ñ aliquãdo fundatur in actione ⁊ paſſione: aliquando in alijs predicamentis. Nã vt dcm̃ eſt reſpectus ille in actione ⁊ paſſione fundat̃. Ex p̄dictis ergo diuiſionibꝰ ꝯplete habet̃ diffinitio motus: qꝛ ex prima habet̃ q̄d eſt motus: qꝛ eſt actus. ex ſcḋa cuiꝰ eſt tanq̄ꝫ ſubiecti: qꝛ eſt entis in potẽtia. ex tertia vero reſpectu cuius eſt tanq̄ꝫ termini. qꝛ ẽ reſpectu eius ad quod eſt in potentia. qꝛ reſpectus: vt dictum eſt: fundat̃ in actione ⁊ paſſione: vel in dependentia mobilis ad motum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Non eſt autez motus preter res ad quas eſt motus. Mutatur. n. ſemp id quod mutatur: aut ſecũdum ſubſtantiam: aut ſm quantitatẽ: aut ſm qualitatem: aut ſm locuꝫ. Cõmune ãt in his nulluꝫ eſt accipe: ſicut diximus: qḋ neqꝫ hoc: neqꝫ quantũ: neqꝫ quale ſit neqꝫ alioꝝ predicamentorum nullum. Quare neqꝫ motus: neqꝫ mutatio nullius erit: extra ea q̄ dicta ſũt: cum nihil ſit extra predicta.** T.c.4.

¶ Oſtẽdit in quo p̄dicamẽto ſit mot⁹: res ãt q̄ ſunt ĩ p̄dicamẽto ⁊ ſũt ĩ genere ⁊ aliquo mõ ĩ ſpẽ. iõ duo facit. qꝛ p̄ oſtẽdit q̄ñ motus ẽ ĩ genere. ſcḋo q̄ñ ẽ ĩ ſpẽ ibi. (Unũquodqꝫ ãt dupl̃r.) mot⁹ ãt ſic ẽ ĩ genere: qꝛ ẽ in eodẽ genere cũ rebꝰ ad q̄s ẽ motus. iõ ait. ꝙ motus nõ ẽ p̄ter res ſupple ad q̄s eſt motus. illud ãt qḋ mutat̃ ſemp mutat̃: aut ſm ſubam: aut ſm quãtitatem: aut ſm qualitatẽ: aut ſm locũ. motus ergo eſt ĩ q̄tuor generibꝰ. ĩ ſuba. q̄ꝫtitate q̄litate. ⁊ vbi. addit ãt ꝙ ĩ his ſicut diximꝰ nullũ eſt cõe accipe qḋ ſit extra oĩa iſta. nihil. n. ẽ qḋ neqꝫ ſit hoc. i. ſubſtãtia: neqꝫ quãtũ: neqꝫ q̄le: neqꝫ nullũ alioꝝ p̄dicamẽtorũ: q̄re mãifeſtũ ẽ ꝙ neqꝫ mot⁹: neqꝫ mutatio nulliꝰ erit extra hm̄ p̄dicamẽtũ. Nã cũ nihil ſit extra p̄dicta p̄dicamẽta: nullus mot⁹ aut mutatio erit extra ea. ¶ Nõdũ aũt ꝙ rõ cõis ẽ extra rõnẽ pticulariũ ⁊ maxie cũ ẽ cõe: vt gen⁹. ſpẽs. n. ſp addit ſupra ſuũ gen⁹ dr̃iaꝫ: q̄ ẽ p̄ter rõnẽ generis: ⁊ ḋ q̄ nõ p̄dicat̃ gen⁹. ſi g̊ eẽt aliq̄d cõe ad hm̄ p̄dicamẽta: tũc eẽt dare aliq̄d qḋ eẽt extra rõnẽ oĩuꝫ p̄dicamẽtoꝝ. ⁊ vlteriꝰ ſi ens vel aliq̄d aliḋ eẽt gen⁹ ad ĩpa: oporteret hm̄ p̄dicamẽta addere aliquã dr̃iaꝫ: ḋ qua non p̄dicaret̃ ens: qꝛ ꝯ rõnẽ generis ẽ p̄dicare ḋ dr̃ia. ⁊ qꝛ oĩa hec ſũt ĩcõuenientia ĩcõueniẽs eſt aliq̄d ſe hr̃e: ſic̃ genus vel. ſic̃ cõe vniuocũ reſpcũ dictoꝝ p̄dicamẽtoꝝ. ¶ Notãdũ ẽt quoſdã dixiſſe motũ eẽ q̄ddã p̄dicamẽtũ p ſe ſꝫ hoc ſtare nõ p̄t: qꝛ vel eẽt p̄dicamentũ cõe ad alia p̄dicamenta: vel eſſet p̄dicamẽtũ diuiſum ꝯ illa p̄dicamenta. Sicut ſuba diuidit̃ ꝯ q̄ꝫtitatẽ: qꝛ vnũ nõ eſt aliḋ: vt ergo phs oſtenderet motũ nõ eẽ aliq̄d cõe ad hm̄ p̄dicamenta: ait ꝙ nihil eſt cõe ad illa: vt oſtenderet motũ nõ facere diuerſuꝫ p̄dicamẽtũ ab illis ait motũ nõ eẽ ex̃ hm̄ p̄dicamenta: qꝛ nihil eſt ex̃ illa. mot⁹ g̊ nõ eſt extra predicamenta: nec eſt in vno genere tm̃: ſꝫ eſt ĩ oĩ eo genere: in quo ſũt res ad q̄s ẽ mot⁹. ⁊ qꝛ talia ſũt ĩ q̄tuor generibꝰ: iõ mot⁹ reducit̃ ad q̄tuor gñ̄a: vt oñſũ ẽ. ¶ Deiñ cũ. d.

¶ **Unumquodqꝫ autem dupliciter ineſt oĩbꝰ: vt hoc. Aliud quidem. n. forma ipſius: aliḋ vero priuatio. ¶ Et ſm qualitatem. Hoc quidẽ enim album: iſtud autem nigrum: ⁊ ſecũdum quãtitatem: aliud quidem perfectuꝫ: aliud vero imperfectum. Similiter autem ⁊ ſecundũ loci mutationem. Hoc quidem ſurſum: iſtud vero deorſum: aut aliud quidem graue: aliud vero leue. Quare motus ⁊ mutatiõis tot ſũt ſpecies: quot ⁊ entis.** T.cõ.5.

¶ Ostendit quo motus est i spē.d.q in oib⁹ pdicamentis vnūquodqz est dupli:vt h.i.suba vel vt in pdicamento substātie. Aliud qdē ē vt forma ipsi⁹ sube:aliud vero vt priuatio: ꝛ ēt sm qlitatē hoc qdē ē albū qd se hz vt forma:aliud āt ē nigrum qd se hz vt puatio:ꝛ sz quātitatē aliud qdē ē pfectū. aliud iperfectū. Silr aūt ꝛ sm loci mutationē hoc qdē ē sursuz qd se hz per modū habitus: illud vero deorsuz qd se hz vt puatio:aut aliud qdē ē graue qd respicit locū deorsuz:ꝛ se hz vt puatio:aliud vero est leue qd respicit locū sursum:qd se hz vt habit⁹ vel vt forma.ꝛ qr sm ois ista entia accipiunt spēs motus:pz q mot⁹ ꝛ mutatiōis tot sunt spēs quot sunt spēs entis acqsiti p motū. ¶ Nōndū āt q motus possunt assignari qtuor genera.ꝛ.8.spēs. Nā cū qtuor gnāliter acqrantur p motū loquēdo de acqsitione directe ꝛ p se.s.suba quātitas qlitas ꝛ vbi;motus erit in his qtuor generib⁹: verū qr in vnoquoqz istoꝝ geneꝝ ē dare aliqd qd se hz vt pfectum:ꝛ vt habit⁹ ꝛ aliqd qd se hz vt impfectum ꝛ vt priuatio: in vnoquoqz istoꝝ geneꝝ erit assignare duas species motus:vnā sz quā itur ad pfectū:ꝛ aliā sz quā itur ad puationem ꝛ impfectū.has aūt duas spēs aduertere possumus in quolibet dictoꝝ geneꝝ. Nā in suba vt itur ad formā dr generatio vt itur ad puationē dr corruptio. sic etiā ꝛ in quātitate motus ad quātitatē perfectaz dicitur augmentū:ad quātitatem impfectam dr diminutio:ꝛ sicut in quātitate est assignare pfectuz ꝛ iperfectū: sic in qualitate:ꝛ alia spēs motus est ad qualitatē pfectā alia ad impfectam. Nō tn̄ habemus distīcta noīa horuz motuum:sed cōi nomine quilibet talis motus dr alteratio. Sic ꝛ in vbi alia spēs motus est motus sursum ꝛ alia deorsum:phs ergo i assignādo genera motus distīxit pdicamēta in qbus hz eē motus. Sz in assignādo spēs in quolibet pdicamento in quo est motus distinxit pfectū ꝛ impfectū:sm que habent accipi spēs motus. ¶ Nōndum ēt hs spēs motus nō esse specialissimas: licet.n.motus ad quātitatem sit generalior qz motus ad quātitatē perfectā vel iperfectā:pp qd motus ad quātitatem ē genus ad augmētuz ꝛ diminutionem:nō tn̄ ois motus ad quātitatez pfectam vel ad quātitatez iperfectaz ē eiusdem spēi specialissime.imo diuersificātur hs motus put pfectū ꝛ impfectū in diuersis quātitatib⁹ diuersimode repitur:ꝛ qd dcm̄ ē de qtitate itelligēdū ē de alijs generib⁹:i qbus repitur ratio motus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Diuisio autem secundum vnumquodqz genus: hoc qdem esse endelechia:aliud autē potentia:potētia existentis endelechia sm qd huiusmodi est:motus est;vt alterabilis qdez inquantum est alterabile:alteratio est. Augmētabilis āt ꝛ oppositi:nulluz enim cōmune nomen vtrisqz augmentum ꝛ decrementū. Generabilis autē ꝛ corruptibilis generatio ꝛ corruptio:loco mutabilis loci mutatio. Te.c.6.

¶ Ex his que dixerat ꝯcludit diffōnez motus.d.q qr diuisio sm vnūquodqz genus est: qr hoc ibidē hz esse endelechia.i.actu. Aliud vero hz esse in potētia:qr ergo sic est motus ē endelechia.i.actus nō existentis in actu;sed existentis in po° sm q hs.i.sm q est in potentia qd declarat p exempluz.d.vt alteratio est actus alterabilis i quātum est alterabile:ꝛ augmētū est motus augmentabilis inquātum augmentabile:ꝛ diminutio est oppositi idest diminuibilis quātuz hs. ꝛ addit. q nullū est commune nomē vtriusqz.s.ad id qd est augmentum ꝛ decremētum.motus.n.ad quantitatem completam ꝛ incompletā nō noiatur vno noie;sicut motus ad qualitatē pfectā ꝛ impfectam noiatur vno noie:ꝛ dr alteratio. Subdit āt q sic etiam generatio ꝛ corruptio sunt generabilia ꝛ corruptibilis sz q hs ꝛ loci mutatio est loco mutabilis sm q hs.semp ergo motus est actus entis in potētia sz q hs.qr ē actus mobilis sz q mobile. Lec. II.

QUod autem hoc sit motus ab hinc manifestuz est. Cum edificabile huiusmodi ipsum dicimus esse actu sz q edificatur: ꝛ ē hec edificatio. Similiter autez ꝛ doctrinatio ꝛ medicatio ꝛ saltatio: ꝛ adolescentia ꝛ senectus. Te.c.7.

¶ Postqz phs venatus ē diffōnez motus via diuisiua:qr premisit tres diuisiones:ex qb⁹ possunt hri tres particule posite in diffōne motus.i parte ista venat dictā diffōnem via iductiua.iducit.n.in singulis pticulas positas i diffōne mot⁹ q sunt bene assignate.tria ergo facit sz q tres particule posite sunt in diffōne motus.pmo.n.ostendit q motus ē actus.scdo q est entis in potentia. tertio q est hui⁹ entis prout est in potētia.scda ibi.(qm̄ autez quedā.)tertia ibi.(dico aūt inquātuz.)dicit ergo.q āt motus sit h.i.actus ab hinc.i.ex hac rōne manifestū est: qr cum edificabile edificat inquātum hs.Dicimus ipz esse actu:ꝛ hoc est edificatio.s.perfectio edificabilis cuz actu edificatur.ergo edificatio est qdam actus.Sz edificatio est motus.ergo motus est actus.ꝛ qd dcm̄ ē de edificatione itelligēdum est de alijs motib⁹:qr silr ē medicatio ꝛ doctrinatio ꝛ volutatio ꝛ saltatio ꝛ adolescētia: idest augmētum:ꝛ senectus.i.decremētum:sunt.s.qdam actus.ergo vniuersalr motus est qdam actus. ¶ Notādum aūt q quādo aliquid est in termino a quo nō mouetur.quādo est in termino ad quē cessat motus: tūc.n. aliqd mouetur quando est in ipso actu ꝛ in ipo fieri. Sz h non eēt nisi motus sm id qd est esset qdam actus.imo sic compentt motui q sit actus q siue accipiatur motus corporalis:vt saltatio ꝛ augmētum.siue aialis ꝛ intellectualis vt meditatio ꝛ doctrinatio.siue accipiatur mot⁹ appetitiuus semp importat quēdam actum.

Dubitaret forte aliquis.vtrum verum sit q motus sit qdam actus videtur q nō: qr quale est pfectibile talis est sua perfectio.calidi.n.scđm q calidum perfectio est caliditas:ꝛ frigidi vt frigidum frigiditas.ergo potētialis vt potentiole est pfectio erit potētialitas.sed motus est actus entis in potētia vt in potentia est.ergo magis quedaz potētialitas qz quidam actus. ¶ Dicēdum q motus vt in pseqndo patebit qdaz actus est incōpletus cū ordie ad ꝯpletū vel ē quedā forma incōpleta cū ordine ad cōpletionē.vtrūqz.n.est de rōne motus.vz.q ptim habeat de termino ad quē:ꝛ ptim restat habēdū.rōne.n.eius qd hz dicit actuz incōpletū.rōne hndi dicit ordinē ad cōplemētū.qd aūt essentialr⁹ cōpetat motui:an qd acqsitum est:an ordo ad acqrendū infra dicet.Ad psens aūt intantū dcm̄ sit:q siue reponat motus in genere acqsiti:siue rōne eius qd restat acqrendum semp motus est qdaz actus.nā qd ē acqsitū est act⁹ ꝛ pfectio qdā ē:ꝛ qd ēt ad acqrēdū restat hz rōnē cuiusdā pfectiōis. Est g mot⁹ act⁹ qdā. Sz ē act⁹ icōplet⁹ ꝛ i fieri hns ordinē ad cōplemētū. Qd vero obijciebat q ē pfectio entis in po°:dōm q ens in po° qd est subm̄ mot⁹ nō ē in po° pura:sz ē in po° āmixta actui.ꝛ qr qle ē subm̄ talis ē pfectio ei⁹:mot⁹ g ē pfectio mobilis vt mobile est non erit actus pfectus.sz erit actus in fieri ꝛ potentie ammixtus. ¶ Deinde cum dicit. Dub.

¶ Quoniam autẽ quedam eadẽ sunt ⁊ potẽtia
⁊ actu: quãuis non simul: nec secũdũ idem: sꝫ
vt calidum q̃dem potentia: frigidum aũt ende
lechia: multa iã agunt ⁊ patiũtur adinuicem.
Tex. 8. **Omne. n. erit simul actiuum ⁊ passiuũ. Ergo**
⁊ mouens physice mobile erit. Omne. n. hu
ius mouet: cum mouetur ⁊ ipsum.

¶ Ostendit bñ esse assignatam scðam ꝑticulam positam
in diffõne motus. bñ. n. dictũ est ꝙ motus est actus non
cuiuslibet: sed entis in potẽtia: circa hoc aũt duo facit: q2
primo ꝓbat ꝙ motiua ẽ actus entis in potẽtia. Scðo ex
h ostẽdit ꝙ si aliq̃d mouẽs eẽt nõ i potẽtia ꝙ nõ moue
ret ibi. (vr̃ q̃dem igr̃.) dicit ergo ꝙ q̃dã entia vt physi
ca eadeꝫ sunt potentia ⁊ actu quãuis nõ simul: aut nõ sꝫ
ideꝫ. Non. n. põt esse ꝙ simul ideꝫ sit calidũ actu ⁊ potẽ
tia: sed põt eẽ vt sit calidũ q̃dem poª frigidum aũt ende
lechia. i. actu: ⁊ q2 multa sunt talia q̃ sunt actu ⁊ potẽtia.
ideo multa agũt ⁊ patiunť adiuicẽ. imo q2 oẽ agẽs phy
sice est tale: oẽ mouens physice erit simul actiuũ ⁊ passi
uuꝫ: ⁊ oẽ mouẽs physice erit mobile: q2 omne hꝰ mouet
cum moueť ⁊ ipꝫ: formeť aũt sic rõ. q̃cunq3 sũt simul actu
⁊ in potẽtia sunt simul actiua ⁊ passiua ⁊ mouẽtia ⁊ mo
ta: sꝫ vt sunt actu: sunt actiua ⁊ mouẽtia. ergo vt sunt po
tentia sunt passiua ⁊ mota: motuꝫ ergo ⁊ passiuuꝫ est q̃
dem in potẽtia: ⁊ motus qui ẽ actus eius est actꝰ entis i
potẽtia. de hac aũt rõne nõ plus ponit nisi ꝙ opꝫ eẽ poª ⁊
actu q̃ sunt actiua ⁊ passiua vel mouentia ⁊ mota. Aliaꝫ
deductionẽ tacet: q2 mãifestũ est ea esse mouẽtia ⁊ acti
ua: vt sunt actu: ex quo plane seq̃tur ꝙ sunt motiua ⁊ pas
siua vt sunt in poª. Posset aũt hec rõ aliter formari. s. sic
motus nõ hꝫ eẽ in oĩ mouente: sed in mouẽtibꝰ physicis
⁊ in his q̃ mouent mota. sed talia sunt entia in poª. ergo
motus est actus entis in poª. ¶ Notandũ aũt ꝙ in inuesti
gãdo cuiꝰ actus sit motus: ait ꝙ eadeꝫ entia sunt actu ⁊
poª. subm̃. n. motus nõ põt esse aliq̃d in poª tãtuꝫ: nec ali
quid vt est in actu cõpleto. oꝫ. n. esse ⁊ in actu ⁊ in poten
tia q̃ð est subiectum motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videtur q̃dem igitur quibusdam omne mo
ueri mouens. Sed de his quideꝫ ex aliis erit
manifestũ: quomõ se habeant. Est. n. q̃ddam
Tex. 9. **mouentium ⁊ imobile. ¶ Sed potẽtia existẽ**
tis cũ endelechia ens agat: aut ipsuꝫ: aut aliud
inquantum mobile motus est.

¶ Ex his que dixerat: ostẽdit nõ omne mouens moueri:
q2 mouẽs q̃ð nõ est i poª moueri nõ põt: h est ergo q̃ð ait.
ꝙ vr̃ q̃busdã omne mouens moueri: sꝫ de his q̃uõ se hñt
ex aliis erit mãifestũ. in. 8. enĩ huiꝰ hec mã diffusius de
clarabiť. ostẽdetur. n. ibi ꝙ est quoddã de numero mo
uẽtiuꝫ q̃ð est imobile. Nã mobile ſm ꝙ hꝫ nõ est i actu.
Sed tñ cũ ens endelechia. i. ens actu agat. i. seipsuꝫ mo
ueat: aut aliud supple ꝓut est i poª vt moueať hꝫ eẽ mo
tus: ⁊ q2 sic est: motꝰ est existẽtis in poª ſm ꝙ mobile. i. i
quantũ est in poª. Cũ ergo sit aliq̃ð mouens nõ in poten
tia erit aliq̃ð mouẽs imobile. ¶ Nõnduꝫ aũt ꝙ siue mo
uẽs moueat seipm̃: siue aliud semꝑ mouẽs in eo ꝙ mo
uens est in actu ⁊ mobile ſm ꝙ hꝫ: est in poª. Nã cũ ali
quid seipm̃ mouet est diuisibile in aliq̃ duo: quoꝝ vnuꝫ
est in actu ⁊ est ꝑ se mouens: ⁊ aliud est in poª: ⁊ est per se
motũ: ⁊ q2 sic est de rõne moti vel de rõne mobilis: q2 de
uenire est ad aliq̃ð mouẽs: q̃ð est actus purus: in quo nul
la est poꝰ: nõ omne mouens moueť vt Plato ⁊ sui sequa
ces sentire videbanť. Sed est aliquo mõ mouẽs imobi
le vt declarabiť in. 8º. ¶ Nõndũ etiã ꝙ ex h ꝯplebitur
ratio supius posita. Nã si nõ omne mouens moueť: sꝫ so
lum mouẽs physice: cum omne tale sit in potentia: Mo
tus non est nisi entis in potentia.

Dubitaret forte aliq̃s. de hac scða particula po / Dub. pª
sita in diffõne motus. s. ꝙ est entis i
potẽtia. Si. n. motus ꝑ se loq̃ẽdo est actus entis in poª:
tũc q̃ð moueť ad subaꝫ est poª suba: ⁊ q̃ð moueť ad quã
titatẽ est potẽtia quãtuꝫ. Sed cũ ex nõ q̃to nõ fiat quã
tuꝫ: ⁊ ex nõ suba non fiat suba: q2 q̃ð est poª tale põt dici
nõ tale: ⁊ nũquã est aliq̃d tale nisi sit actu tale: q̃ð est poª
quãtũ nũquã mouebitur ad q̃titatẽ ⁊ q̃ð ẽ potẽtia sub
stãtia nũquaꝫ mouebiť ad subaꝫ. ¶ Dðm ꝙ cũ oẽs actª
diffiniri habeãt ꝑ ꝓpriã mãm motus q̃ est q̃dam actus:
diffiniri hꝫ ꝑ ꝓpriũ subm̃. ꝓprium auteꝫ subm̃ motus ẽ
ens in poª. ideo motus diffiniri hꝫ per hoc ꝙ ẽ actus en
tis in potẽtia. in hac aũt diffõne aliq̃d poniť vt genus. ali
quid vt dr̃ia. actus. n. se hꝫ tãquã genus: ens aũt in poten
tia se hꝫ vt differẽtia: in hoc. n. differt diffõ substãtiaꝝ ⁊
existentiũ ꝑ se a diffõne accidentiũ: ⁊ vlr̃ eoꝝ q̃ sunt in
subiecto: q2 in diffõne substãtiaꝝ q̃ð se hꝫ vt genꝰ est q̃d
mãle: q̃ð se hꝫ vt dr̃ia est q̃d ⁊ actuale. Sed in diffõne ac
cidentiũ vt vult phs. 7. methaphysice ⁊ vt dclarauimꝰ i T.c.17.
secũdo elẽchoꝝ: q̃ð se hꝫ vt dr̃ia est q̃d mãle: ⁊ q̃ð se ha
bet vt genus ẽ q̃d formale. in talibꝰ. n. ipsum subm̃ tenet
locum dr̃ie. Uidemus. n. ꝙ cauuꝫ est quasi genus ad sy
mum ⁊ ad richuꝫ. Sꝫ si nasus addiť cauo ꝯstituit symũ
sicut dr̃ia addita generi ꝯstituit spẽꝫ. Symus. n. idẽ est
q̃ð nasus cauus: sic crus additũ cauo ꝯstituit richũ. Ri
chum. n. idem est ꝙ crus cauũ: ⁊ sicut cauũ ẽ sicut genus
ad symũ ⁊ richũ: sic actus est. q. genus ad motũ ⁊ formã.
specificatur. n. huiusmodi actus ex additione subiecti.
Nam forma ſm ꝙ huiusmodi ẽ actus entis in actu: mo
tus autẽ est actus entia in potentia: sicut ergo in diffõ
ne subarum competenter ponitur dr̃ia: sic in diffinitiõe
talium competenter ponitur subiectum. Nam subm̃ in
talibus hꝫ se vt differẽtia: ⁊ specificat quod est cõe. nam
licet actus sit quid cõmune ad motum ⁊ formam: ens ta
men in potentia additum actui ꝯstituit motũ: q2 motus
est actus entis in potẽtia. Sic etiã ens in actu additum
actui ꝯstituit formã: forma. n. est actus entis in actu: cõ
petenter ergo poniť hec scða particula. s. entis in poten
tia in diffõne motus: q2 se hꝫ. q. dr̃ia ⁊ specificat actuꝫ ⁊
contrahit ipm̃: ⁊ facit eum stare pro motu. ¶ Quod vo
obyciebať: q2 ex nõ quãto non fit quantũ: ⁊ ex non suba
non fit suba. ¶ Dðm ꝙ id quod mouetur ad quantita / pulchrũ
tem: non est vniuersaliter nõ quantum: nec est in poten / nõbile
tia ad omnem quãtitateꝫ. Sed sufficit ꝙ sit i potentia
ad eam quãtitateꝫ ad quã moueť. semꝑ. n. q̃ð moueť ad
vnã subaꝫ est actu alia suba: q2 sꝑ gñãtio vnius est cor
ruptio alterꝰ. vtrũ aũt sit ꝑ se vel ꝑ accidens ꝙ id q̃ð mo
ueť ad vnã subaꝫ ẽ actu alia suba: non ẽ p̃sentis specula
tiõis. sufficit aũt ad p̃sens scire ꝙ nũq3 moueť ad q̃tita
tẽ q̃ð oĩo ẽ ðnudatũ a forma q̃titatiua. nec vnq3 moueť
ad subaꝫ q̃ð oĩno ẽ ðnudatũ a forã subali. ¶ Deĩn cũ. d.

¶ Dico autem hoc inquãtum sic. Est. n. es po
tentia statua: sed tamẽ nõ eris endelechia: ⁊ i
quantum es est motus est. Non. n. ideꝫ est eri
esse: ⁊ potentia alicui mobili. Quĩ si idem eẽt
simpliciter ⁊ scðm rationem esset vtiq3 ens: i
quantum es est endelechia motus. Non ẽ au
tem idem quemadmodum dictum est.

¶ Ostendit bñ assignatã esse tertiã ꝑticulã i diffõne mo

tus.s. ꝙ motus est act⁹ entis in po° ſm ꝙ in po°: circa qḋ tria facit. q: p̊ fac̄ qḋ dcm̄ ē. ſcḋo qḋdā qḋ ſuppoſuerat ꝓbat. tertio ex his q̄ dixerat ꝯcludit diffōnez mot⁹ esse bn̄ assignatā. ſcḋa ibi. (Mā̄ifestuz est āt.) tertia ibi. (qḋ q̄dē igr̄.) ¶ Dic̄ ergo. dico. i. expono vel ḋclaro h̄. s. ꝙ motus est act⁹ entis in po° iquātuz sic. i. iquātuz est i po°: q: es. i. id qḋ est actu es est po° statua: sed tñ mot⁹ nō est endelechia. i. nō est actus eris iquātuz est es: ſʒ iquātū sup. est po° statua: ꝛ addit ꝙ nō est idez esse ipsi eri ꝛ po° alicui mobili: nō est. n. eadē rō eris iquātū est es: ꝛ vt ē po° quoddā mobile: qm̄ si idez eēt simplr̄ ꝛ ſʒ rōnē es vt est es: ꝛ vt est mobile: mot⁹ esset vtiqȝ endelechia eris iquātum es: qḋ est icōueniens. Seq̄tur ergo ꝙ queādmoduz dictū est nō est idem es vt est es ꝛ vt est po° mobile. posset āt sic formari hec rō. subm̄ mot⁹ est actu ꝛ po°: ſʒ motus nō est act⁹ ei⁹ vt est actu. ergo est act⁹ eius vt est i po°. vt motus ad statuā nō est act⁹ eris vt est es actu ſʒ vt est mobile ꝛ vt est po° statua. ¶ Nōndū āt ꝙ si mot⁹ ad statuā esset actus eris vt es ē: tūc q̄ȝdiu esset es sp̄ moueret̄ ad statuā: qḋ est icōueniens. Uel possumus dicere ſʒ cō-

Cõ.9°. menta. ꝙ si mot⁹ esset actus eris vt es est: tūc mot⁹ eēt q̄ditas eris. Nā es cū sit es ꝑ suā q̄ditatem: si motus esset actus eris vt es est: mot⁹ eēt q̄ditas ei⁹. Cū ergo es dicat q̄d ꝑmanens: si mot⁹ esset q̄ditas ei⁹: seq̄ret̄ ꝙ motus eēt q̄ditas ꝑmanētiū: ꝛ eēt ḋ gener̄ ꝑmanētiū: qḋ ē oīno falsūz. q: ē ḋ genere successiuoꝝ: si ḡ icōueniēs ē ꝙ mot⁹ sit q̄ditas ꝑmanētiū: icōueniēs ē ꝙ sit act⁹ alicui⁹ vt existit in actu: sed solum erit actus eius vt est in potentia ꝛ vt potest successiue aliq̄d acquirere. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Mā̄ifestū āt est ꝛ i ꝯtrariis: posse q̄dē. n. sanari: ꝛ posse laborare alteꝝ ē. Et nāqȝ si labo-

T.c.10. rare q̄dez ꝛ sanari idē eēt. subm̄ aūt ꝛ sanabile ꝛ ifirmū siue humiditas siue sanguis vnū ꝛ idē est. Qm̄ āt nō est idē: queādmodū neqȝ color idē ꝛ visibile. Possibilis inquātum possibile endelechia manifestum est ꝙ sit motus.

¶ Declarat qḋ ſuppoſuerat. vʒ. ꝙ nō idem est subm̄ in se cōsideratū ꝛ vt est po° ad aliq̄d dicēs: h̄ mā̄ifestū esse in ꝯtrariis: q: posse sanari ꝛ posse laborare alteꝝ est. Nā si nō esset alteꝝ posse sanari ꝛ posse laborare idē eēt laborare ꝛ sanari: qḋ est icōueniens: altera ergo sunt illa adinicem sed subm̄ sanabile ꝛ ifirmū siue sit humiditas siue sanguis vnū ꝛ idē est. Si ḡ idē est subm̄ ꝛ nō ē eadem po° nō est eadez rō subiecti ſʒ se ꝛ eius vt ē in po°. Ideo subdit ꝙ non est idem subiectum sic acceptum ꝛ vt ē in po°: queādmodū: nō est idē color ꝛ visibile: q: ḡ nō ē eadē rō subiecti ſʒ se: ꝛ vt ē in po°: q: mot⁹ est act⁹ subiecti vt est i po°. mā̄ifestū est ꝙ mot⁹ sit endelechia. i. act⁹ possibilis iquātū est possibile. ¶ Nōndū āt ꝙ licet idez sit subiecto color ꝛ visibile: color tñ noīat id vt ē aliq̄d i se. visibile vero noīat ip̄ʒ: vt est in po° ad mouēdū visuʒ: sic licet idē sit subo sanguis ꝛ sanabile vel sanguis ꝛ ifirmabile. Sanguis tamen dicit aliquid in se acceptuʒ: sanabile vero dicit aliquid in potentia ad sanitateʒ: ꝛ infirmabile aliq̄d in potentia ad ifirmitateʒ. ꝛ quod dictum est de sanguie itelligendū ē ḋ colera vel ḋ q̄cūqȝ alio humore. Si ḡ sicut differt color ꝛ visibile sic differt sanguis ꝛ sanabile: q: sanatio nō est actus sanguis vt sanguis ē: ſʒ ē actus ei⁹: vt ē q̄d sanabile cū sanabile dicat q̄d in po° od susceptiōem sanitatis: seq̄tur ꝙ sanatio sit act⁹ sanguis nō vt est actu: ſʒ vt ē in po°: ꝛ qḋ dcm̄ ē de sanatōe: intelligēdū est de quocūqȝ alio motu. ¶ Deinde cum dicit.

T.cõ.11. ¶ Quod q̄dē igit̄ hoc sit: ꝛ qḋ accidit tūc moueri: cū est endelechia: ꝛ neqȝ prius neqȝ posterius ostensum est.

¶ Ex his q̄ dixerat ꝯcludit diffōnez mot⁹ esse bn̄ assignatā. circa qḋ duo facit: q: p̊mo facit qḋ dcm̄ ē. ſcḋo q̄dā q̄ dixerat mā̄ifestat ibi. (ꝯtigit āt vnūqḋqȝ.) dic̄ ḡ. ꝙ q̄dez igit̄ ē hoc. s. motus qḋ est act⁹ entis i po° ſʒ ꝙ h̄ꝯ: ꝛ ꝙ accidit. i. ꝙ ꝯtigit tūc moueri aliq̄d cū est endelechia vel cū est ipse act⁹ ꝛ neqȝ pri⁹ neqȝ posteri⁹ ostēsuz ē ex dictis ꝛ ēt manifestū est ex dicēdis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Contingit. n. vnūq̄ḋqȝ aliqñ q̄dē opari: aliquādo āt nō: vt edificabile ꝛ edificabilis act⁹ inquantum est edificabile edificatio est.

¶ Quedā q̄ dixerat mā̄ifestat. ꝛ duo facit ſʒ ꝙ duo dixerat: q: p̊mo oñdit ꝙ motus nō ē act⁹ rei pri⁹ q̄ȝ sit i fieri. ſcḋo ḋclarat ꝙ nō ē act⁹ ei⁹ posteri⁹: ꝛ postq̄ȝ ꝯpletū ē fieri: ꝛ est i facto eē. ſcḋa ibi. (Aut. n. h̄.) dicit ergo ꝙ ꝯtingit vnūqḋqȝ aliqñ q̄dē opari aliqñ nō: edificatio autē ē actus edificabilis iquātuz est edificabile. i. iquātū edificatur: ergo non est actus eius anteq̄ȝ sit in fieri ꝛ anteq̄ȝ edificator operetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut. n. hui⁹ est edificatio act⁹: aut domus: ſʒ cū domus sit: nō ampli⁹ edificabile est. Edificat̄ aūt edificabile. Necesse est ergo edificatione esse actuʒ. Edificatio āt motus q̄dam ē. At vero eadē cōueniet ratio in aliis motibus.

¶ Ostendit ꝙ edificatio ꝛ mot⁹ nō est act⁹ mobilis posteri⁹: vt postq̄ȝ ꝯpletū ē fieri dicēs. ꝙ aut hec. s. edificatio est act⁹ edificabilis: aut dom⁹: ſʒ cū dom⁹ sit ꝛ cū terminatū ē fieri nō ampli⁹ ē edificabile. edificat̄ āt edificabile ſʒ ꝙ h̄ꝯ ē i fieri ꝛ nō i facto eē: necesse ē ḡ edificationem eē actū edificabilis nō dom⁹: ꝛ q: edificatio mot⁹ est: seq̄tur ꝙ mot⁹ nō sit act⁹ edificabilis anteq̄ȝ edificet̄: nec sit act⁹ ei⁹ postq̄ȝ facta est dom⁹ ꝛ ꝯpleta est edificari: ſʒ est actus edificabilis vt edificat̄: ꝛ q: sic acceptū edificabile dicit q̄d i po° ſʒ ꝙ est i po°: bona est diffō mot⁹ pri⁹ assignata. s. ꝙ est act⁹ entis i po° ſʒ ꝙ h̄ꝯ. ¶ Addit āt ꝙ eadez rō ꝯueniet aliis motib⁹ q̄ dicta est ḋ edificatione. ¶ Notādū āt ꝙ duplex est act⁹. vn⁹ i fieri vt edificatio ꝛ vl̄r mot⁹: alt⁹ āt i facto esse vt domus: ꝛ vl̄r oīs forma. Si ḡ anteq̄ȝ aliq̄d edificet̄ vel agat̄ nō est mot⁹: ꝛ postq̄ȝ facta est dom⁹ ꝛ iducta est forma nō est ampli⁹ mot⁹: oʒ ꝙ mot⁹ sit i ip̄o fieri ꝛ i ipso actu icōpleto: ꝛ q: act⁹ icōplet⁹ est entis i po° ſʒ ꝙ h̄ꝯ: opʒ ꝙ motus sit actus entis in potentia secundum ꝙ huiusmodi.

Dubitaret forte aliq̄s de tertia particula in diffinitiōe motus posita: q: nō videt̄ verum eē ꝙ mot⁹ sit actus entis i po° ſʒ ꝙ h̄ꝯ: q: si motus eēt sic act⁹: quāto aliq̄d magis eēt i po°: magis eēt subm̄ mot⁹. mā ḡ oīno p̊ma moꝛie eēt subm̄ mot⁹: cui⁹ ꝯrīu dicit ꝯmēta. in. 8. h̄⁹. vbi ait ꝙ si eēt dare māʒ oīno p̊mā ꝑ se existē nō posset subiici trāsmutatōi ꝛ motui. ¶ Dōm ꝙ cū dr̄ ꝙ mot⁹ est act⁹ entis i po° ſʒ ꝙ h̄ꝯ nō ē itelligēdū ꝙ subm̄ mot⁹ sit po° tm̄. imo vt supra dicebat̄ oē qḋ mouet̄ aliq̄d hʒ de actu ꝛ aliq̄d de po°: tñ q: magis ē subiectū mot⁹ vt ē in po° q̄ȝ vt est in actu: dr̄ motus esse act⁹ entis in potentia secūdum ꝙ in potentia ꝛ non secundū ꝙ est in actu.

Lec. III.

Quod autē bene dictuʒ sit: manifestū est: ex q̄bus alii de ip̄o dicūt: ex eo qḋ nō facile est diffinire aliter ip̄ʒ. Neqȝ enī motum in alio genere ponere pōt

vtiq̄ aliqs. Manifestū āt itēdētib⁹ queadmo dū ponūt q̄dam ipsum alteritatem ⁊ inequa litatē: ⁊ qḋ non est: dicentes esse motum.

¶ Postq̄ phs declarauit diffōnem motus via diuisiua: ⁊ inductiua: qꝛ īducit in oēs ptes positas in diffōne mo tus ostēdendo eas bene esse assignatas. in pte ista decla rat dictā diffōnez remouēdo ꝯria: ostēdit. n. opiones an tiquoꝝ ꝯdicentiū veritati p̄dicte esse falsas. circa h au tē duo facit: qꝛ p̄mo remouet ꝯrias opiones antiquorū. scḋo confirmat opionez ꝓpriā ibi. (Et motus qdē.) circa p̄muz tria facit: qꝛ p̄mo ponit antiquoꝝ opiones. scḋo improbat eas. tertio dat cām q̄re antiq sic opinati sunt. scḋa ibi. (Quoꝝ nllū.) tertia ibi. (Causa āt i h.) ¶ Di cit ergo ꝙ bene dcm̄ sit qḋ dcm̄ est de motu: manifestuz est ex his: q̄bus alij dicūt de ipso. Nā ex male dictis alio rum apparet bñ dcm̄ phi: ⁊ ex eo ꝙ nō est facile ipm̄ mo tum aliter diffiniri q̄ꝫ diffinitū sit appet bonā eē diffini tionē datam. Ideo subdit ꝙ nō pōt vtiq̄ aliqs ponere motū in alio genere q̄ꝫ sit positū: ⁊ hoc manifestū ē intē dētibus. circa opiones alioꝝ: queadmodū q̄daz ponunt ipm̄ motū eē alteritatē: q̄dā inequalitatē: q̄dā āt sunt di centes motū esse qḋ nō est. i. eē nō entitatez. ex his ergo male dictis apparet diffōnē positam eē bene dictam.

Dubitaret forte aliqs. vtꝝ verꝝ sit motum eē qḋ nō est. Nō vr̄ habere dubiū. vtruz sit alteritas vel ineq̄litas: qꝛ cū talia videanť simpl'r dice re respcūm quedaz: nō videť ꝙ motus sit alteritas vel ineq̄litas. videť tñ motus esse nō entitas. Nā id de quo nihil est pōt dici eē nō ens. sed de motu nō est nisi muta tū eē: sicut de tpe nō est nisi istās: cū ergo mutatū eē nō sit ps motus: sicut nec istans ps tpis: oz motū nō eē: ex q̄ nulla pars ei⁹ est. ¶ Dōm ꝙ totalitas in successiuis ⁊ p manētib⁹ nō sumiť eodē mō: i permanētibus. n. accipiť totalitas ex simultate partiū: tūc. n. pmanentia sunt cuz partes eoꝝ simul sunt: i successiuis. n. vt alias ostēdim⁹ accipitur totalitas ex ordie partiū: sufficit. n. vt successi ua sint ꝙ partes eoꝝ habeāt debitū ordinē ad se iuicē. sufficit ergo vt motus sit ꝙ vna pars motus debite or dineť ad aliaz. rō ergo facta in cōtrariuz ꝓcedebat ac si totalitas motus accipiēda esset ex simultate ptiū: vt qḋ ꝙ ptes ei⁹ simul eē ad hoc ꝙ mot⁹ eēt. ¶ Deide cū dic.

¶ Quoꝝ nullū necessarium est moueri: neq̄ si altera sint: neq̄ si inequalia: neq̄ si nō sint.

¶ Improbat dictas opiones ō motu: ⁊ duo facit sz ꝙ du pliciter eas iprobat. scḋa ibi. (Sz neq̄ mutatio.) prima ratio talis ē. si aliqḋ p̄dictoꝝ esset motus ad existētiam alicuius eoꝝ oporteret motū existere. Sz nullū p̄dicto rum necessariū est moueri: nō. n. necessariū ē moueri ali qua si sint altera: neq̄ si sint ineq̄lia neq̄ si nō sint entia motus ḡ nec est alteritas nec ineq̄litas nec nō entitas.

Dubitaret forte aliqs: qꝛ nō videť rōnē phi suf ficiētem esse. licet. n. homo sit anial nō tñ qḋ est aial necesse est esse hoiez. poterit ergo mot⁹ esse q̄dam alteritas vel quedā ineq̄litas vel quedā non entitas: nec tñ oportebit q̄cunq̄ sunt altera vel ineq̄lia: vel nō entia ꝙ moueanť. ¶ Dōz predictos phōs sic as signasse motū in aliquo predictoꝝ: qꝛ credebāt ex h mo tum sufficiēter notificare ⁊ diffinire: ⁊ qꝛ posita diffōne necesse est poni diffinitū: si eēt diffinitio motus ꝙ eēt al teritas q̄dam vel ineq̄litas vel nō entitas quecūq̄ eēnt talia eo ipso ꝙ h⁹ eēnt oporteret ea moueri: qḋ cū falsuz sit q̄ nō oz aliq̄ moueri ex eo ꝙ sunt altera vel ineq̄lia: vel nō entia: falsa erat eoꝝ opinio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed neq̄ mutatio neq̄ i hoc neq̄ ex his ma gis est q̄ꝫ ex oppositis. T.c.13.

¶ Adducit scḋam rōnem. d. ꝙ neq̄ mutatio nec motus est magis ex his q̄ꝫ ex oppositis vel in opposita. ḡ motus nō magis collocādus est in p̄dictis generib⁹ q̄ꝫ in oppo sitis. ¶ Notādum āt ꝙ cū motus recipiat spēz a termi no: si motus eēt ineq̄litas vel hoc eēt: qꝛ esset ab eq̄lita te: vel qꝛ esset ab ineq̄litate. Sed cū motus possit icipe re ab eq̄litate: sic ab ineq̄litate ⁊ possit terminari ad eq̄ litatē: sicut ad ineq̄litatē: ridiculosa erit antiquoꝝ opi nio. d. motum esse ineq̄litatē cū nō solū terminari habe at ad ineq̄litatē: sed ēt ad eq̄litatē: sicut. n. per motū ali qua fiunt ineq̄lia: sic possunt fieri eq̄lia: ⁊ qḋ dcm̄ est de ineq̄litate respcū sui oppositi: itelligēdū est de alterita te ⁊ nō entitate respcū suoꝝ oppositoꝝ. in nullo. n. taliuz collocandus est motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Causa aūt in hoc ponere ꝙ indeterminatuz quoddā iā videtur esse motus. Alterius āt co ordinatiōis pricipia ex eo qḋ sunt priuatiua ⁊ indeterminata sūt. Neq̄. n. hoc: neq̄ tale: neq̄ vnū ipsoꝝ: qꝛ neq̄ aliorum p̄dicamētoꝝ.

¶ Assignat cāz quare antiq sic opinati sunt. circa qḋ. d. f. qꝛ p̄mo facit qḋ dcm̄ ē. scḋo q̄ddaz qḋ supposuerat ꝓbat ibi. (videri āt.) dicit ḡ. ꝙ cā i hoc ponere. i. cā q̄re antiq posuerūt motū in talib⁹ generib⁹ ē: qꝛ mot⁹ vr̄ eē q̄ddaz indeterminatū: ⁊ vr̄ ptinere ad p̄ncipia alteri⁹ coordia tiōis. i. ad p̄ncipia p̄uatiua. Ex eo ḡ ꝙ p̄ncipia priuatiua sunt ideterminata posuerūt motū eē: neq̄ h. i. neq̄ sub stātiā: neq̄ tale. i. neq̄ q̄litatē: nec vnū ipsoꝝ p̄dicamē toꝝ: qꝛ nō posuerūt motū i aliquo p̄dicamēto ōtermina to ⁊ positiuo: sz posuerūt ipz i p̄dicamēto idetermiato ⁊ p̄uatiuo. ¶ Nōndū āt ꝙ vt ōterminari hz p̊ meth. py thagoras posuit duas coordinatiōes p̄ncipioꝝ: vel duas coordinatiōes p̄dicamētoꝝ vnā p modū habit⁹: aliaz p modū p̄uatiōis: ex pte. n. habitus posuit finitū ipar vnū dextꝝ masculū quiescēs rectū lucē bonū ⁊ q̄d rāgulare. ex pte p̄uatōis posuit alia. io. p̄dicamēta opposita his. s. infinitū par plurale sinistꝝ femininū motū curuū tene bras malū ⁊ altera pte lōgi⁹: p̄dicti ḡ phi loquēdo ō mo tu: eo ꝙ q̄d idetermiatū vr̄ eē: posuerunt ipsum in gene re priuationis dicendo ꝙ est inequalitas vel nō entitas vel alteritas vt dcm̄ est. ¶ Deinde cum dicit. caplo p̊

¶ Videri aūt indeterminatū esse motuz cā ē: qꝛ neq̄ in potētia eoꝝ que sunt geneꝝ neq̄ i actū est ponere ipm̄. Neq̄. n. qḋ est potētia quātū necesse est moueri actu quantum est. T.c.14.

¶ Quia supposuerat eē motū q̄d idetermiatū. Ideo h declarat dicēs ꝙ cā videri motū eē q̄d idetermiatū ē: qꝛ nec est eoꝝ geneꝝ q̄ sūt i potētia: neq̄ ē possibile ipz ponere in actu: qꝛ mot⁹ nec vr̄ esse actus simpl'r: nec potē tia simpl'r: ideo vr̄ esse q̄d idetermiatū: ideo subdit: ꝙ neq̄ ex necessitate moueť: qḋ est possibile eē q̄ꝫtitatez. i. qḋ ē potētia quātū neq̄ ex necessitate moueť qḋ ē actu quātuz. ¶ Nōndū āt ꝙ vt pz p habita: qñ aliqd simpli citer est in potētia ad aliud nondū moueť: qñ autē actu est illud: terminat⁹ est motus: motus ergo nec ē in actu simpliciter neq̄ in potentia simpl'r: ⁊ qꝛ dicit quid me diū iter illa: iō vr̄ eē q̄d idetermiatū. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et motus quidaz actus videtur esse: imper fectus autem. T.cō.15

¶ Falsificatis opinionibus antiquoꝝ ostendit verā esse opinionē propriam. circa qḋ duo facit: qꝛ primo ꝓponit

q̄ꝺ intendit.ſcđo aſſignat cām dicti ibi.(aūt eſt.)Dicit ergo ꝙ motus videt̄ eſſe quidam actus imperfectus.ex hoc autem apparet veram eē opinionem prius poſitam de motu. Nam cum dictum ſit ꝙ motus eſt actus:non act⁹ vt forma:nec actus vt domus:ſed actus vt fieri: vel actus vt edificari:cū actus īperfect⁹ ſit actus:vt fieri:verū ē motū eē talē actū q̄lis dicebat̄.℄ Deide cū dicit.

℄ Cauſa autem eſt:quoniaꝫ imperfectū quod poſſibile cuius eſt actus motus ꝓpter hoc igitur difficile eſt ipſum accipere quid ſit.

℄ Aſſignat cauſam quare motus eſt actus imperfectus ⁊ duo facit.ſecūdū ꝙ dupliciter hoc oſtēdit.ſecūda ibi.(Aut.n.in priuatiōe.)Dicit ergo ꝙ cauſa quare motus eſt actus impfectus eſt:qm̄ eſt actus eius q̄ꝺ eſt īperfectum ⁊ poſſibile.Si ergo ip̄m mobile cuius actus ē motus ſm̄ ꝙ hꝰ dicit q̄d īperfectum ⁊ in potētia:motus q̄ eſt actus eius:erit actus īperfectus ⁊ am mixtus potentie:ꝓpter hoc ergo:q2 talis eſt motus difficile eſt accipere q̄d ſit motus.℄ Notādū aūt ꝙ difficultas cognitionis aliq̄n conſurgit ex defectu potētie:aliquādo ex defectu obiecti.Difficile.n.eſt vel etiā īpoſſibile cognoſcere ſubſtātias ſeꝑatas:⁊ difficile eſt cognoſcere motū ⁊ relationē ⁊ mām ꝑmaꝫ:aliter tamē ⁊ aliter.Nā difficultas cognitionis in ſubſtātijs ſeꝑatis cōſurgit:nō ex defectu obiecti:q2 illa ſunt maxime ītelligibilia:ſed ex defectu potentie:q2 ad manifeſtiſſima in nā:ſic ſe hꝫ intellectus noſter:ſicut oculus noctue ad lucē diei:mām aūt primā motū ⁊ relationem nō de facili cognoſcimus ex defectu obiecti:q2 talia hn̄t minimū de eē bene:g̊ dictum eſt ꝙ non de facili ſcitur:quid eſt motus:quia eſt quid incompletum ⁊ imperfectum.℄ Deinde cum dicit.

℄ Aut.n.in priuationē neceſſe eſt ipſum ponere:aut inpotentiā: aut in actum ſimpliceꝫ.Horum autem nullū videt̄ ꝯtingēs.Relinquit̄ igitur predictus modus actū q̄dem quēdaꝫ eē:ſꝫ huiuſmodi actū qualē diximus difficile q̄dem videre:contingentem autem eſſe.

℄ Adducit ſcđam rōnē ad oſtēdenduꝫ ꝙ motus ē actus impfectus.dicit aūt ꝙ oꝫ ponere motū in ꝑuatione: aut in potētiam:aut in actū ſimplicē ⁊ cōpletū:aut ſupple in actū incōpletū ⁊ diffinitū:⁊ q2 nullū hoꝝ ꝑdictoꝝ triuꝫ videt̄ contingēs.i.videt̄ ꝯueniēs ꝙ ſit motus:q2 nec ē priuatio nec potētia neqꝫ actus ſimplr̄.relinqt̄ur ergo ꝑdictus modus.ſ.motū eſſe actum quēdam:⁊ eſſe hꝰ actū qualē dicimus.vꝫ.incōpletū ⁊ diminutū.⁊ q2 talis act⁹ eſt:difficile eſt videre q̄d ſit motus:ꝯtingentē tn̄ eē:q2 licet ſit difficile cognoſcere motū:ꝯtingit tn̄ motū eē ⁊ cōtingit habere cognitionem eius.

Dub.p° **Dubitaret** forte aliquis cū actus incōpletus videat̄ eſſe q̄daꝫ forma incōpleta.vtrꝫ ſit motus idē q̄ꝺ forma incōpleta:videtur autē ꝙ quia ſi eſſet idem q̄ꝺ forma incōpleta nō poſſet eē in aliqua forma incōpleta quin in eo eēt motus:q̄ꝺ apparet eē falſuꝫ.

Cō.4°. ℄ Op̄ vr̄ velle cōmēta.℄ Dōm ꝙ motus māliter aliquo mō idē eſt q̄ꝺ forma īcōpleta vel q̄ꝺ diſpoſitio ad formā:ſed formalr̄ nō idem eſt:addit āt ſupra formā incōpletam vel ſupra illud q̄ꝺ acq̄ſitū eſt ordine ad illud q̄ꝺ vlteri⁹ acq̄rendū reſtat:poſſumus ergo dicere ꝙ materialiter aliquo modo idē ſunt actio ⁊ paſſio mot⁹ ⁊ forma incōpleta.calefactio.n.vel ipſa ēt caloris forma duꝫ eſt in fieri ⁊ habet eē incōpletū pōt importare actioneꝫ paſſionē motum ⁊ formā incōpletā.Sed actio eſt vt eſt ab agēte:paſſio vt ſuſcipit̄ in paſſo forma incōpleta ē ratione perfectiōis acq̄ſite.motus āt eſt prout ſupra id q̄ꝺ eſt acq̄ſitum.additur ordo ad cōplementum:ita ꝙ ſi ordo ille intercideret ⁊ nō acciperet̄ vlterius ꝑs poſt partem ceſſaret motus:cōplete ergo rationem motus dicit forma incompleta vel diſpoſitio acquiſita cum actuali ordine ad complementum.

Ulterius forte dubitaret aliquis cū de rōne mot⁹ videatur eſſe:q̄d incōpletum cū actuali ordīe ad cōplementū in rōne motus:q̄d eſt ꝑncipaliꝰ ⁊ formaliꝰ.an ipſuꝫ incōpletū acq̄ſitū:an ordo ad complemētum acq̄rendū.℄ Dōm ꝙ ſicut locus māliter dicit vltimū corpis cōtinentis:formalr̄ vero dicit ordinē ad vniuerſum:⁊ hꝰ ordo ꝑncipalius ꝑtinet ad rōneꝫ loci q̄ꝫ ip̄m vltimū vel ipſa ſupficies corpis ꝯtinētis:vt declarabitur in quarto:ſic de rōne motus eſt forma incompleta ⁊ ordo ad cōplementuꝫ:ordo tn̄ ipſe ꝑncipaliꝰ ⁊ formaliꝰ ē de rōne motus q̄ꝫ forma īcōpleta:q̄ꝺ ex duobus patere pōt.Primo q2 motus eſt de genere ſucceſſiuoꝝ.Si.n.motus nō ſe teneret ꝑncipaliter ⁊ formaliter ex parte acq̄rendi ⁊ nō importaret ꝑncipaliter ordineꝫ reſpectu cōplementi acq̄rendi:ſꝫ formalioꝛ in motu eēt forma incōplete acq̄ſita:ſequeret̄ ꝙ motus magis eēt d̄ genere permanētium q̄ꝫ ſucceſſiuoꝝ.℄ Rurſus cū motus ſit actus entis in potentia:vt eſt in potentia ſi nō formaliꝰ ſe teneret ex parte acquirendi q̄ꝫ ex parte acquiſiti magis eſſet actus entis:vt eſt in actu q̄ꝫ vt eſt in potentia.℄ Deinde cum dicit. Dub.

℄ Mouetur autem ⁊ mouens omne ſicut dictum eſt:cum ſit potentia mobile. Te.c.

℄ Uenatur aliam diffōnem motus que eſt q̄ſi materialis reſpectu ꝑme.vꝫ.ꝙ motus eſt actus mobilis in eo ꝙ mobile.Ad cuius euidētiam ſciēduꝫ ꝙ licet ipſa mouētia cōtingat moueri:nō tn̄ mouentur in eo ꝙ mouentia:ſed in eo ꝙ mobilia:accidit enim mouenti vt mouens eſt ꝙ moueatur:⁊ q2 motus per ſe nō hꝫ eſſe in mouēte:ſed in mobili ſeq̄tur ꝙ motus nō ſit actus mouētis ī eo ꝙ mouēs:ſed ſit actus mobilis ī eo ꝙ mobile:circa hͦ āt duo facit:q2 ꝑmo oſtēdit ꝙ motus per ſe cōpetit mobili.ſcđo declarat ꝙ motus nō per ſe:ſed ꝑ accidēs:competit mouēti:ibi.(Accidit āt hoc.)Circa ꝑmum duo facit:q2 ꝑmo tangit tria breuia media ꝑ que oſtēditur ꝙ motus per ſe ꝯpetit mobili.ſcđo ex his que dixerat ꝯcludit dictā diffinitionē motus eſſe bn̄ aſſignatam ibi.(Unde motus.)Prima ꝑs poſſet diuidi in tres ꝑtes ſm̄ ꝙ tres rōnes adducit ad oſtendendū motuꝫ ꝑ ſe cōpetere mobili.ſcđa ibi.(Et cui⁹ īmobilitas.)tertia ibi.(Adhuc agere eniꝫ.)℄ Prima ratio talis ē.ſicut dcm̄ eſt:omne mouēs mouetur:cū ſit in potentia mobile:ſed ſup.motus per ſe cōpetit ei q̄ꝺ mouetur.ergo motus per ſe cōpetit ei q̄ꝺ eſt potentia mobile.℄ Deinde cum dicit.

℄ Et cuius imobilitas quies eſt:cui enim motus ineſt huius īmobilitas quies eſt.

℄ Adducit ſcđam rōneꝫ ⁊ dicit:ꝙ cuius īmobilitas quies eſt:illud ſupple eſt ꝑ ſe potētia mobile:ſed motus ineſt huic cui īmobilitas quies eſt.ergo motus ꝑ ſe ſupple ineſt ei q̄ꝺ eſt potētia mobile.℄ Nōndū āt ꝙ q̄es ⁊ motus ſūt apta nata fieri circa idē.Si g̊ q̄es ꝑ ſe ineſt mobili:⁊ ꝑ ſe loquēdo:cui⁹ īmobilitas q̄es ē illud eſt mobile.ſeq̄tur ꝙ mot⁹ cui⁹ oppoſitū eſt q̄es:nō īſit ꝑ ſe niſi mobili.Quomodo āt motus ⁊ q̄es īſunt oībus corpib⁹ phyſicis circa ꝑncipiū ſcđi declarauim⁹.℄ Deide cū dicit.

℄ Adhuc agere.n.inquātum huiuſmodi ip̄m mouere eſt.Hoc āt facit tactu q̄re ſil' ⁊ patit̄.

¶ Ponit tertiā rōnē ꝛ dicit: ꝙ agere inquātū hꝫ est ipm mouere. facit aūt h. i. agens mouet tactu. i. tangēdo. q̄re simul ꝛ patit: q2 tactus est actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ adiuicē. Si g̊ motus est in mouēte vel in agēte h est inquātum tāgit ꝛ inquātū patit: sed h est inquātū mobile. g̊ mot⁹ per se ꝛ fm ꝙ hꝫ competit mobili. formet g̊ sic rō. qd nō inest mouēti ꝛ agenti nisi iquātū tāgit ꝛ patit: ꝛ est mobile: illud per se competit mobili nō mouēti. motus est hꝫ. g̊ ꝛc. de hac aūt rōne ponit solā virtutē medij: videlꝫ ꝙ q2 agēs agit ꝛ causat motū tangendo. iō simul patit ꝛ mouet. quare nō mouet in eo ꝙ agit: sed in eo qd ꝯpetit ei tactus in eo est mobile. tact⁹. n. nālis nō competit nisi mobilibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Un̄ mot⁹ act⁹ mobilis est: iquātū ē mobile.

¶ Ex his q̄ dixerat ꝯcludit diffōnez mot⁹ tanq̄ʒ venatā: q2 qd ꝑ se ꝛ fm ꝙ hꝫ cōpetit alicui: illud cōpetit ei in eo ꝙ tale: sed vt ōn̄sū est mot⁹ ꝑ se ꝛ fʒ ꝙ hꝫ. ꝯpetit mobili. g̊ est act⁹ ei⁹ in eo ꝙ tale. vn̄ seqt ex dictis ꝙ mot⁹ sit act⁹ mobilis in eo ꝙ mobile. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.17. ¶ Accidit aūt hoc tactu motiui: q̄re sil ꝛ patit.

¶ Q2 ōn̄derat motū per se ꝯpetere mobili: ostēdit motū nō ꝑ se: sed ꝑ accn̄s cōpetere mouēti. circa qd duo facit: q2 ꝑmo facit qd dcm̄ est. Scd̄o ex his declarat q̄daʒ dubia circa motū ibi. (Et dubiū aūt) Circa ꝑmū duo facit fm ꝙ dupl'r ōn̄dit motū nō per se: sed per accn̄s ꝯpetere mouēti. 2ª ibi. (Spēs aūt.) ꝑma rō talis est. accidit aūt hoc ꝙ mouēs moueat tactu motiui. i. inquātum mouet tangēdo. vn̄ q2 mouet tāgēdo simul patit. tota g̊ cā quare mouēs mouet ꝛ patit est: q2 mouet tāgendo. Sed accidit mouenti ꝙ moueat tāgēdo. g̊ accidit ei ꝙ moueatur motus. g̊ nō competit mouenti per se: sed per accn̄s. Notādū aūt ꝙ nō est de rōne mouētis ꝙ moueat tāgendo vel ꝙ moueat motū vt ōn̄dim⁹ in de gnōne. caplo de tactu. bene g̊ arguit ꝙ mouēti nō ꝯpetit motus per se: sʒ per accn̄s: cū mouere tāgendo nō competat ei per se: sed per accidens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Species aūt semꝑ existimabit aliqua mouēs. Aut. n. hec aut qualis aut quāta: que erit principiū ꝛ cā motus. Cū moueat actu hō: facit ex potētia existēte homine hominē.

¶ Ponit secundā rōnē: ꝙ mot⁹ mouēti nō cōpetit per se sed ꝑ accn̄s: ꝛ dicit ꝙ semꝑ existimabit aliq̄ mouēs spēs. i. aliq̄ forma ꝛ aliqs actus. q2 qd g̊ mouet: mouet vt est in actu. ꝛ tūc supplēda est rō: q2 cū motus ꝯpetat enti vt est in potētia: per se g̊ nō cōpetit mouēti: cū mouens fm ꝙ hꝫ nō sit in potētia sed in actu. Q2 aūt mouens fm ꝙ hꝫ sit in actu: ꝛ ꝙ semꝑ aliq̄ species sit rō mouēdi: pʒ ꝙ semꝑ est aliq̄ forma que est: aut hoc. i. sūba: aut q̄lis: aut q̄ta: q̄ forma cū moueat est cā ꝛ ꝑncipium motus. vt hō actu facit hoiem ex hoie exn̄te in potētia ꝛ calidū actu facit calidū ex calō exn̄te in potentia: ꝛ sic in ceteris motib⁹ semꝑ agēs se hꝫ vt actu. ¶ Notādū aūt ꝙ duplici via declaratū est bn̄ eē assignatā hāc diffōnē motus. primo ꝑ se ꝛ directe. Nā si motus per se ꝛ fm ꝙ hꝫ cōpetit mobili: vt ꝑma tria media ōn̄debāt: seqt directe ꝙ motus sit actus mobilis in eo ꝙ potētia mobile. Secundo declaratū est h q̄si indirecte. Nā si motus vel est act⁹ ꝑ se mouētis vel mobilis: si ꝑ se nō cōpetit mouēti: vt due vltime rōnes ostēdebāt. sequit q̄si indirecte si motus per se nō competit mouenti: sed per se ꝯpetat mobili ꝙ sit actus mobilis in eo ꝙ mobile.

Dubitaret forte aliquis. vn̄ est ꝙ hec diffinitio dr̄ eē q̄si mālis. prima aūt. s. ꝙ mot⁹ est act⁹ entis in potētia fm ꝙ in potētia: dr̄ eē q̄si formalis. ¶ Dōʒ ꝙ: vt declarari hʒ. 2° posterioꝝ. ōis illa diffinitio q̄ est demr̄atōis ꝑn̄ᵐ dr̄ eē q̄si formalis respcū diffinitōis ei⁹: q̄ est demr̄atōis ꝯclō. iō ira est accēsus sanguinis circa coꝛ. est mālis respcū h⁹ diffōnis: ꝙ est appetit⁹ doloris in ꝯrio: q2 h ꝑ illā ꝯcludit. arguimus. n. hūc habere accēsum sanguinē: q2 appetit vindictā: vel q2 appetit dolorē i ꝯrio: siue in inimico: sic q2 ex hoc ꝙ mobile mouet ad formā: q2 est in potentia ad illā. iō hec diffinitio: ꝙ motus est actus mobilis in eo ꝙ mobile: ꝯcludit hʒ per diffinitionē illā: ꝙ est actus entis in potentia fm ꝙ in potentia. Inde est ergo ꝙ hec dicit materialis: illa vero formalis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qd dubitat aūt manifestū est: ꝙ est motus i mobili. Actus. n. huius ꝛ ab hoc.

¶ Declarat ex his q̄ dixerat q̄dā dubia circa motuʒ. Dubitabat. n. antiqⁱ⁹ vtꝝ mot⁹ eēt in mouēte vel i mobili. Rursus dubitabat ꝙ cū mot⁹ sit aliq̊ mō act⁹ ꝛ mouentis ꝛ mobilis: vtꝝ sit idē act⁹ vtriusq3. duo g̊ facit: fm ꝙ duo dubia māifestat. 2ª ibi (Motiui aūt act⁹) Dicit g̊. ꝙ dubiū antiquoꝝ manifestū est videlꝫ ꝙ mot⁹ est in mobili: nō in mouente. est enim actus huius. s. mobilis ab hoc. i. a mouēte. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Motiui aūt actus nō alius est. Opʒ quidē. n. esse actuʒ vtriusq3. Motū quidē est in ipso posse. Motiuū aūt in ipso operari vel agere: sed est actiuū mobilis. Quare similiter vnus vtriusq3 act⁹. sicut idē spaciū est vnius ad duo: ꝛ duoꝝ ad vnū ꝛ ascēdentis ꝛ descendentis. Hec. n. vnū quidē sunt: ratio aūt non vna. Similiter aūt est ꝛ in mouēte ꝛ in moto. T.c.18.

¶ Declat 2ᵐ dubiū. vʒ. ꝙ mot⁹ ē vn⁹ ꝛ idē act⁹ mouētl ꝛ mobilis. d. ꝙ motiui. i. mouētl nō ē ali⁹ act⁹. sup. q̄ʒ act⁹ mobilis. ꝛ subdit. ꝙ opʒ aliū eē actū vtriusq3: motū. n. siue mobile: vt hʒ alia lr̄a: ē hn̄s actū in ipo posse suscipe vel i ipo posse moueri: mouēs āt in ipo opari: vel in ipso agere: sʒ mouēs est actiuū. i. motiuū mobilis. ille g̊ ideʒ act⁹ q ē mobilis i eo ꝙ patit ē mouētis in eo ꝙ agit: ꝛ q2 sic ē vtriusq3 sil'r. i. tā mouētis q̄ʒ mobilis ē vn⁹ act⁹: qd pʒ ꝑ sile: q2 sicut ē idē spatiū. i. eadē distātia: quā hʒ vnū ad duo: ꝛ duo ad vnū: ꝛ sic ē idē spatiū ascēdētis ꝛ descēdētis: q2 h sūt vnū fm rē. rō āt eoꝝ nō ē vna. sil'r i mouēte ꝛ i moto. ē. n. vn⁹ act⁹ vtriusq3 sub alia tn̄ ꝛ alia rōne: q2 licꝫ sit idē mot⁹ q est a mouēte i mobili tn̄ dn̄t rōne: q2 vt ē a mouēte dr̄ actio: ꝛ vt ē i mobili dr̄ passio. Lcō. IIII.

¶ Soluit rōnes supiꝰ factas de vacuo. Ad cuiꝰ euidētiā sciendū quod licet superius qnqꝫ modis ostēderet vacuū eē: vltima tamen ratio sumpta ex testimonio pythagoricoꝝ nō proprie merebat dici rō: quia non assignabat ibi cā quod oporteret eē vacuū: sed solū dicebat hoc sensisse pythagorā: illam ergo rōnē nō soluit: tria ergo facit: quia primo soluit rōnē sūptā ex parte motꝰ. 2° sūptā ex parte pdēsationis. 3° soluit rōnes sūptas ex augmēto et cinere. istis.n. mōis sup. pbabat vacuū eē. s. ex parte motꝰ: et ex parte pdēsationis: quia dicebatur quod pdēsato vino i vtribꝰ doliū tm capiebat de vino cū vtribꝰ qntū sine vtribꝰ. vlteriꝰ pbabat hoc ex parte augmenti et ex testimonio cineris. scda ps ibi. (Cōuenit aūt dēsari.) Tertia ibi. (Et augmētari nō solū.) Circa pmū duo fac: quia pmo ostēdit quō phi venati sunt vacuū propter motum. scdo pbat quod propter motū nō necesse ē ponere vacuū ibi. (Neqꝫ vna ante.) Dicit ergo quod vacuū vr eē aliqd: quia locus ē aliqd: et propter hoc acceptū ē vacuū. propter qd. s. acceptꝰ ē locꝰ. nā motꝰ q ē sm locū puenit. i. pvenit: vt hz alia lrā: dicētibꝰ locū eē aliqd pter corpa icidētia: et hoc ēt motus puenit his q dicūt vacuū eē. propter eādē ergo cām accipiebat locꝰ et vacuū: quia propter motū localē. ideo subdit. quod cā motus opinabant sic eē vacuū sicut in quo mouet. dicebāt.n. quod ad motū de necessitate reqritur vacuū sicut illud i quo ē motꝰ. hoc āt erit qre locū dicūt eē. Nā sicut ponebāt necessariū eē vacuū propter motū: sicut illud ī quo fit motus: sic ēt credebāt propter hoc reqri locū. ponebāt.n. fieri motum in loco et in vacuo.

Dubitaret forte aliqs: quia cū idē respectu eiusdē sm idē genus cause nō possit eē cā et cātum vr quod stare nō possit: quod vacuū sit acceptū propter motū: et quod vlteriꝰ vacuū sit cā motus: quia tūc idē respectu eiusdē eēt cā et causatū. ¶ Dōm quod duplex ē cā: i essendo: et in inferēdo. apud antiquos āt phos motꝰ fuit cā vacui: et ēt causa loci in īferēdo: quia p motū accipiebāt et venati sunt locū et vacuū: sed vacuū et locus sm eos erāt cā motꝰ in essendo. ponebāt.n. motū fieri nō posse nisi eēt dare locū

T.c.62 vacuū: in quo eēt motus. ¶ Deide cum dicit.

¶ Neqꝫ vna āt necessitas ē si motus est esse vacuum. Omnino quidem igitur omnis motio nequaquā. Unde et mellissum latuit. alterari namqꝫ contingit plenum.

¶ Ostēdit quod nō necesse ē ponere vacuū propter motū. Circa qd duo facit: quia primo ostendit quod nō oīs motus reqrit vacuum. scdo spāliter ostēdit hoc de motu locali: propter quē dicti phi ponebāt vacuū ibi. (Sed neqꝫ sm locū.) Dicit ergo quod neqꝫ vna necessitas est esse vacuū si sit motꝰ: quia oīno qdem igr ois motionis. i. propter oēm motionem nequaqꝫ exigit vacuū. vnde et hoc mellissum latuit: quia vt negaret vacuum negauit oēm motum qd nō oportet: alterari nāqꝫ contingit plenum. igitur propter alteratione non necesse est ponere vacuum. ¶ Deide cū dicit.

¶ Sed neqꝫ sm locū motum. Simul.n. subingredi adinuicē ptingit si nullum spatiū separabile sit preter corpa mota: et hoc manifestū est etiam in continuorum reuolutionibus: sicut in his que sunt humidorum.

¶ Ostēdit quod nō oportet ponere vacuum propter motū localē. d. quod neqꝫ sm locū motū. i. sm motū localē oportet ponere vacuū: quia ptigit corpa subīgredi simul adinuicē si spatiū nullum sit separabile pter corpa mota: nō ergo oportet ponere spatium separatum vel spatium vacuum vt sit motus: quia vnum corpꝰ subingredit aliud: et vnum corpꝰ cedit alteri: propter qd pt saluari motꝰ absqꝫ eo quod sit vacuum. et hoc quod ita sit manifestum ē i reuolutionibꝰ. i. in circulatiōibꝰ ptinuoꝝ sicut in his cōtinuis q sunt de numero humidoꝝ. proiecto.n. lapide in aquā fiūt ibi motꝰ circulationū: quia vna ps aq cedit alteri pti: et vnꝰ circulꝰ ipellit aliū circulū. ¶ Deide cū dic.

¶ Cōtingit aūt densari nō in vacuū sed propter id qd ea que isunt elabunt: vt aq collisa aerē q inest. T.c.63.

¶ Soluta rōne de motu soluit rōnē de vino siue de pdensatiōe dicēs. quod puenit pdēsari nō i vacuū. Sed propter hoc quod ea que isunt elabunt. i. euaporāt propter pdensatione vt aq collisa puenit euaporare aerem q est in ea. patet ergo solutio ad rōnem illā de vino siue de vtribꝰ: quia colliso et pdēsato vino i vtribꝰ ptes q sunt ibi aeree: vel ptes supiores euaporāt: qbꝰ euaporatis vinum occupat minus spatium propter qd fieri potest quod dolia tm capiant de vino cum vtribꝰ quantum sine vtribus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et augmentari non solū ingrediente aliquo sed et alteratione. vt si ex aqua fiat aer.

¶ Soluit rōnē de augmēto et cinere. Circa qd duo fac: quia primo ostēdit quod pt fieri aliqs motꝰ augmēti sine vacuo. scdo ondit quod rō de augmēto et ciner seipas ipediūt ibi. (Omnino āt.) Dic ergo quod augmētari ptigit nō solū igrediēte aliq sed et alteratiōe: vt si ex aq fiat aer erit ibi quoddā augmentum: quia occupabit ibi maiorē locū. igr propter rōnē illā: quod si fit augmētū alimētū igrediēs vel recipit ī pleno: et tūc sūt duo corpa i eodē vel ī vacuo: et tūc vacuū ē propter hāc rōnē: nō oportet poner vacuū i oi augmēto: quia si sumat augmentum large puenit augeri ex sola rarefactione absqꝫ aliq alimento ingrediente. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnino aūt et que ē de augmēto rō: et in cinerem diffuse aque: ipsa seipaꝫ ipedit. Aut.n. non auget quodlibet aut nō corpore. Aut contingit duo corpora in eodē eē. Dubitationē igitur volūt cōem soluere: sed nō demonstrāt vacuū quō est. Aut oē corpus necesse ē eē vacuū: si penitus auget: et augent p vacuū. Eadē aūt et i cinere rō ē. ¶ Quod qdē igit et ex qbꝰ demōstrant vacuū soluere facile sit: manifestū ē. T.c.64

¶ Ostendit quod rō de augmēto et cinere seipsam ipedit. Ad cuiꝰ euidētiā sciēdum quod tūc rō seipam ipedit qn pcesso

eo qḋ dr̃ nõ hr̃ in tẽtũ. Nã si phĩ ponebãt vacuũ: ne ꝑ ingressũ alimẽti ponerẽt duo corpa i eodẽ: cũ q̃libet pars aucti sit aucta: ⁊ cũ totũ corpꝰ augeat̃: cũ nullũ sit corpus ita vacuũ: gn sit ibi aliqd ꝺ pleno: si illud plenũ dꝫ augeri: oꝫ ꝙ alimẽtũ recipiat̃ i pleno: ⁊ ꝙ sint duo corpa i eodẽ. ꝯcessis ḡ vacuitatibꝰ i corpe: si totũ corpꝰ dꝫ augeri ⁊ alimẽtũ ẽ aliqd corporeũ: oportebit ꝙ tale alimẽtũ recipiat̃ i pleno. sic ẽt rõ ꝺ cinere seipaꝫ ipedit. nã quãtũcũqꝫ sint vacuitates i cineribꝰ aliqd tñ ẽ ibi de pleno. si ergo vas plenũ ꝺ cinere tm̃ recipit ꝺ aq̃: q̃tũ si nõ eẽnt ibi cineres: aq̃ nõ solũ subintrabit vacuitates cineꝝ: sꝫ ẽt erit simul cũ cineribꝰ. erũt ḡ duo corpa i eodẽ. h̃ est ḡ qḋ ait: ꝙ oĩno rõ q̃ ẽ ꝺ augmẽto: ⁊ rõ q̃ est ꝺ aq̃ diffusa i cinere: ipsa seipsaꝫ ipedit. aut. n. nõ auget̃ q̃libet. i. nõ auget̃ totum corpus: ⁊ nõ q̃libet ps aucti ẽ aucta: aut ꝯtigit augeri nõ corpe: quoꝝ vtrũqꝫ ẽ icõueniẽs: aut si volumꝰ saluare alimẽtũ eẽ corpꝰ ⁊ q̃libet ptẽ aucti eẽ auctã duo corpa erũt in eodẽ: q: alimẽtũ nõ solũ recipietur ex pte vacua: sꝫ ex pte plena. volunt ḡ isti soluere cõem dubitationẽ ꝺ augmẽto q̃ soluet̃ in de gñatione: sꝫ nõ demõstrãt quõ sit vacuũ: q: si auget̃ corpus ꝑ vacuũ: aut oẽ. i. totuꝫ corpus est vacuũ: si dꝫ augeri penitus. i. si debꝫ augeri ſm q̃libet ptẽ: aut supple si aliqd ẽ ibi de pleno duo corpa erũt i eodem. eadẽ aũt rõ ẽ ⁊ i cineribꝰ. Naꝫ si i cinere ẽ aliqd de pleno: ⁊ ꝑ totũ vas diffundit̃ aqua: oportebit duo corpora eẽ in eodẽ. ¶ Notãdũ ãt ꝙ si vas plenũ cinere tm̃ capit de aqua quãtũ: si nõ eẽnt cineres: forte hoc iõ ꝯtigit: q: ĩtra cineres sunt aliq̃ ptes aeree q̃ per appositionẽ aq̃ euaporãt. rursus cinis iste ꝑ appositionẽ aque inspissat̃ ⁊ occupat minorẽ locũ. ¶ Amplius q: cinis est adustus ⁊ siccus aliquã corruptionẽ facit in aq̃ ⁊ aliq̃s ptes aq̃ facit euaporare. Nũquã aũt suꝫ expertus ꝙ vas tantũ capiat de aq̃ plenũ cinere quãtũ sine cineribꝰ: tñ si ita ẽ: forte hoc erit ꝑꝑ dictas causas. ¶ Declarare autẽ quõ q̃libet pars aucti ẽ aucta ⁊ quõ fit augmẽtũ in de gñatione diffusius diximꝰ: ad p̃sens aũt i tãtũ dcm̃ sit. ꝙ si eẽnt i corpore vacuitates in actu: ⁊ pori in actu: ⁊ nõ fieret augmẽtum aliter: nisi q: illi pori replerent̃: seq̃ret̃ ꝙ nũq̃ augmentaret̃ corpꝰ vt occuparet maiorẽ locũ: sicut si eẽnt foramina in pariete: ⁊ solũ illa foramina replerent̃ nõ propter h̃ cresceret paries. ¶ Ultimo epylogat circa ꝺterminata ⁊ dicit ꝙ manifestũ ẽ ꝙ facile fit soluere rõnes ex q̃bus ꝺmõstrãt vacuũ eẽ.

Lectio. XII.

Quoniam aũt non est vacuuꝫ sic diuisum: sicut q̃dam dicunt: dicemus iteruꝫ. Si. n. vniuscuiusqꝫ loci mutatio aliqua simpliciũ corporuꝫ nã est: vt ignis q̃dẽ sursum: terre aũt deorsum ⁊ ad mediuꝫ: manifestũ est ꝙ nõ vacuũ erit cã loci mutationis. Cuius igit̃ cã erit vacuũ. vr̃ aũt cã eẽ motus ſm locũ. Huiusmodi ãt cã non est.

¶ Postq̃ phs ĩprobauit opiões phoꝝ ꝺ vacuo quãtum ad id qḋ ĩportat̃ noĩe vacui ⁊ soluit rõnes eoꝝ per q̃s ꝓbauerãt vacuum eẽ. in pte ista adducit rõnes ꝓbãtes ꝙ impossibile sit eẽ vacuũ. vacuum. n. ẽ ꝺ genere nõ entiũ. Non entia aũt ſm ꝙ hꝫ nõ hñt q̃d rei: sꝫ q̃d noĩs. dupliciter ergo circa talia q̃s põt errare. ꝑmo quãtũ ad significationẽ noĩs: q: ignorat q̃d ĩportat̃ ꝑ nomẽ illius non entis. scḋo errare p̃t si ponat tale nõ ens eẽ. vtroq̃. n. modo errauerũt antiq̃ phi. errauerunt. n. q: ꝑfecte nõ capiebãt q̃d ĩportat̃ noĩe vacui vt supra ostẽdebat̃. errauerũt ẽt: q: posuerũt vacuũ eẽ. tota. n. seq̃ẽs pars ordinat̃ ad hoc remouẽdũ. s. ꝙ nõ sit vacuũ. De vacuo vt supra dicebat̃ fuit triplex modus dicẽdi: q: q̃dã posuerunt vacuũ i corporibꝰ. q̃dam vero posuerũt ipm̃ sepatum a corporibꝰ ⁊ hi diuisi fuerũt: q: q̃dam dixerunt hꝫ vacuũ eẽ in spera actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ: q̃dam vero posuerũt ipm̃ eẽ ĩfinitũ spatiũ extra celũ. Scḋs ergo ⁊ tertius modus dicẽdi valde ꝯueniunt. vterq̃. n. ponit vacuũ eẽ aliqd separatuꝫ a corporibꝰ. phs ḡ in ĩquirẽdo an sit vacuũ ꝓbat ꝙ ĩpossibile sit vacuũ eẽ. Circa qḋ duo facit: q: primo ostẽdit ꝙ non põt eẽ vacuũ a corporibus separatũ. scḋo ꝙ non põt eẽ vacuũ corporibꝰ inbibitũ. scḋa ibi. (Sunt ãt q̃dam q per raꝝ.) Circa primũ duo facit: q: ꝑmo ostendit ꝙ non possit eẽ vacuum ex pte ipsiꝰ motꝰ. scḋo ꝓbat ꝙ nõ sit vacuum si ꝑ se ꝯsideret̃ vacuũ ibi. (A ꝑ se ãt ꝯsiderãtibꝰ.) Circa ꝑmũ duo facit: q: ꝑmo ostẽdit ꝙ non sit vacuũ ex parte g̃etis ⁊ motus. scḋo probat h̃ idẽ ex parte velocitatis ⁊ tarditatis i motu ibi. (Amplius aũt ⁊ ex his.) Prima ps põt diuidi i partes. 9. secũdũ ꝙ ex pte g̃etis ⁊ motus quasi. 9. rõnes adducit ad ꝓbãdũ ꝙ nõ sit dare vacuũ. scḋa rõ ibi. (Amplꝰ si ẽ aliqḋ) Tertia ibi. (Eadẽ autem ratio.) Quarta ibi. (Et quõ iaꝫ inerit.) quinta ibi. (Accidit aũt dñtibꝰ.) Sexta ibi. (Dictũ q̃m oĩs.) Septima aũt ibi. (Amplius ãt nũc q̃dẽ.) Octaua ibi. (Amplius nullus habebit.) Nona ibi. (Amplꝰ ãt nunc.) Dicit ergo ꝙ q̃m nõ ẽ vacuũ sic diuisuꝫ: sicut q̃dã dicũt dicemus iteꝝ. Nã si ẽ nã. i. nãlis aliq̃ mutatio loci vniuscuiusq̃ simpliciũ corpoꝝ: vt ignis q̃dẽ nãlr̃ ẽ motꝰ sursum: terre vero deorsum ⁊ ad mediũ: manifestuꝫ ẽ ꝙ vacuum nõ erit cã loci mutatiõis: cũ nullã nãm dicat. si ergo nõ ẽ cã loci mutationis. cuiꝰ igit̃ motus cã erit vacuũ vr̃ aũt cã eẽ motus ſm locuꝫ. hꝫ autẽ motꝰ: vt dcm̃ ẽ: nõ est cã. ḡ ⁊ ꝑ ꝯseq̃ẽs non erit causa alicuius alterꝰ motꝰ.

Dubitaret forte aliq̃s: q: questio si est. vr̃ p̃cedere q̃stionẽ q̃d est. vt potest haberi secundo posterioꝝ. tenuit ḡ phs retrogradũ ordinẽ: cum primo inq̃siuerit q̃d ẽ vacuũ q̃ si ẽ vacuuꝫ. ¶ Dõꝫ ꝙ vt supra dicebat̃ ꝺ quo q̃d ẽ possumus loqui duplr̃: q: est ꝙ quid rei ⁊ ꝙ q̃d ẽ noĩs. Cũ ergo dr̃ ꝙ q̃stio si est. p̃cedit q̃stionẽ q̃d ẽ. si intelligatur ꝺ q̃d noĩs falsuꝫ est. impossibile est. n. ĩuestigare ꝺ aliquo si ẽ: ignorato q̃d ĩportet̃ noĩe eius. Nũq̃. n. possemus ĩuestigare an sit vacuũ: si ignoretur q̃d ĩportetur noĩe vacui. in oĩ ḡ inq̃sitiõe incipiẽduꝫ ad q̃d est: qḋ dr̃ ꝑ nomẽ. questio ḡ si ẽ. nõ p̃cedit questionẽ q̃d noĩs: lꝫ possit p̃cedere q̃d rei: q: ḡ supra ꝺterminatũ ẽ ꝺ vacuo quãtũ ad illud qḋ significat̃ per nomen: merito ps illa que ꝺterminat quid nominis: p̃cedit hanc partem vbi inquiritur si est vacuum. Dubiũ

Alterius dubitaret forte aliq̃s cũ supiꝰ ostẽsũ sit ꝙ nõ ẽ necessariũ vacuũ ꝑꝑ motũ quõ differt rõ hic adducta a rõnibꝰ illis. ¶ Dõm ꝙ vacuũ req̃ri ad motũ p̃t ĩtelligi duplr̃. ꝑ ꝙ vacuũ sit q̃si de ratione motus: vt ꝙ non possit fieri motus: nisi sit vacuũ: in quo recipiat̃ mobile. scḋo põt poni vacuũ ꝑꝑ motuꝫ: vt ꝙ vacuũ sit q̃si finis motus: vt si ponamꝰ vacuũ hr̃e q̃dã virtutẽ saluatiuã: vel quãdã ꝯueniẽtiã cũ corpe mobili ꝑꝑ qḋ corpꝰ mobile mouet̃ ad vacuum tãq̃ ad finẽ: vt tãq̃ ad illḋ qḋ ẽ sibi ꝯueniẽs: ⁊ i q̃ nãlr̃ saluari dꝫ: i ꝑmis rõnibꝰ magis ostẽdit̃ vacuũ nõ req̃ri ad motũ ꝙ sit aliqd ꝺ rõne eiꝰ: q: toto orbe exñte pleno: p̃t i ptibꝰ vniuersi fieri motꝰ alteratiõis: ⁊ ẽt fieri motꝰ localis vt supra dicebat̃: q: ptes vniuersi cedũt ⁊ subingrediunt̃ sibi adiuicẽ. Sed in hac ratione magis ostenditur ꝙ vacuum nõ requiritur ad motũ tãq̃ finis: q: vacuum cuꝫ corporibus naturalibus ſm ꝙ huiusmodi sunt: nullaꝫ ꝯueniẽtiã hꝫ. Non. n. in vacuo est assignare sursuꝫ: vt ponamus ipsũ ꝯuenire cũ leuibꝰ nec in eo est assignare deorsuꝫ vt pona- Dubiũ

mus ipʒ ꝯuenire cum grauib⁹. Hẽ est ergo qḋ Cōmētator ait. d. ꝙ in pmis sermonib⁹ declarauit: ꝙ vacuū nō est
Cõ.64. cā formalis motus. in hoc aūt sermōe d̄clarauit ꝙ nō ē cā finalis eius. appellat āt Cōmētator formalez cām oē illud qḋ ē de rōne alicui⁹: ſm queʒ modū vacuū esset cā formalis motus: si eēt de rōne motus ꝙ fieret i vacuo: verū qꝛ hẽ dr̄ia forte nō posset adaptari ad omnes rōnes hic positas. iō possumus dicere ꝙ supi⁹ ostēdit nō eē necessariū vacuū pp motū: vt solueret rōnes phoꝝ probātium vacuū eē. hic aūt ostēdit hoc: vt pbet ꝙ nō ē possibile ipm eē. signāter ergo phs ait ꝙ eē vacuum separatū dicem⁹ iteꝝ. ostensum. n. hẽ fuerat prius: ꝙ non est ponere vacuum propter motū: sed aliter ē ostēsum hoc ibi q̄ꝫ hic. vt pʒ per habita. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Amplius si vacuū est aliqd velut locus priuatus corpore cū sit vacuū quo mouebit̄ positum in ipso corpus: Non. n. iam in omne.

¶ Ponit scḋaʒ rōnē dicēs. ꝙ si vacuum ē aliqḋ spatiū: vt si est locus ꝙ ē spatiū priuatū corpe: cū vacuum sic sit: vt dcm̄ ē corp⁹ positū i ipso vacuo quo mouebit̄: q. d. nusq̄ꝫ. nec. n. iā mouebit̄ in omne. i. i oēm partē. ē ḡ vis rōnis. ꝙ si corpus poneret̄ i vacuo: qꝛ vacuū nō magis i vna parte ꝯuenit cū illo corpe q̄ꝫ i alia: corpus ibi positū vel moueret̄ in oēm partē vel i nullā. Sed nō ē dr̄e ꝙ i oēm. ergo in nullā. nō igitur ē ponēdum vacuū: vt sit mot⁹. imo si eēt vacuum nō eēt motus. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Eadem autē rō ⁊ ad locū esse aliquid opinātes separatū: i quē fertur qḋ fert̄. Quo. n. mouebitur positū: aut manebit ⁊ sursum ⁊ deorsuʒ: ⁊ de vacuo ꝯuenit eadē ratio merito. Vacuum. n. locum faciūt cum dicentes.

¶ Adducit tertiā rōnē. d. ꝙ eadē rō pōt fieri ⁊ ad opinantes. i. ꝯtra opinātes vacuū eē locū: ⁊ eē aliqd separatū: in quē locū fert̄ qḋ fert̄. Nā positū corpus quo mouebitur ad vacuū: ⁊ quo manebit dorsum: aut sursuʒ: ꝯuenit. n. eadem rō merito de vacuo. vacuū. n. ē merito eiusdē rōnis in qualibet sui pte. dicētes. n. vacuū esse locū sup. dicunt locū eē eiusdē rōnis i q̄libʒ ei⁹ pte. q̊ posito tollit̄ mot⁹.

Dub.p° **Dubitaret** forte aliqs. vnde seqtur ꝙ si esset loc⁹ eiusdē rōnis i qualibet sui pte: ꝙ nō eēt motus. ¶ Dōm ꝙ sicut loquēdū ē de forma quantū ad motū p quē acqritur forma: sic loquēdū ē d̄ loco q̄ꝫtū ad motū per quē acqritur locus. videm⁹. n. ꝙ nihil mouetur ad formaʒ quā hʒ: qꝛ habitib⁹ presentibus in materia cessat motus. nisi ergo eēt dr̄ia formaꝝ: nō eēt motus ad formā. ḡ nisi eēt dr̄ia locoꝝ: nō eēt mot⁹ ad locū. Cū ergo i vacuo nō sit dr̄ia: sʒ sit totū eiusdē rōnis: q ponit vacuū eē locū tollit motum. ¶ Nōndū aūt has tres rōnes sic differre. nā vacuū pp motū dupliciter p̄t poni. p̊ vt dicat̄ vacuū esse spatiū mediū i quo fiat motus. scḋo vt dicat̄ vacuū eē terminū ⁊ finē ad quē terminet̄ motus. scḋa rō ostēdit ꝙ q ponit vacuū tollit motū si dicat̄ vacuʒ eē mediū p qḋ fiat motus. Nā cū vacuū eq̄liter se habeat in oī pte: si fieret motus i vacuo: vl' fieret in oēm ptē vel i nullā. p̊ma aūt ⁊ tertia rō magis arguūt ꝙ ponētes vacuū tollāt motuʒ: si ponat̄ vacuum eē ad qḋ terminat̄ motus: differēter tn̄: qꝛ p̊ma rō hoc arguit: qꝛ vacuū nō pōt hr̄e ꝯueniētiam cū oīb⁹ mobilibus: sed hẽ tertia ratio ostendit: qꝛ i vacuo non est assignare differentiam locorum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quo iā inerit aut in loco aut in vacuo. Nō. n. accidit cum totū positum sit sicut in separato loco ⁊ sufferēte corpore. Pars. n. nisi seorsum ponat̄ nō erit in loco: sed in toto. Amplius aūt si nō est locus: vacuū non erit.

¶ Ponit quartā rōnē q̄ talis est: si vacuū eēt aliqd: vel si vacuū reqreret̄ pp motū: hẽ nō eēt: nisi qꝛ vacuū hr̄et rōnē loci. Sʒ ipossibile ē ꝙ vacuū sit locus. ḡ ipossibile est ꝙ vacuū sit: vel ꝙ necesse sit eē vacuū pp motū. pbat āt ꝙ vacuū nō possit eē loc⁹. d. ꝙ si vacuū ponat̄ eē loc⁹: quo inerit aliqd aliud i aliquo aut i loco aut i vacuo ꝙ ponatur eē loc⁹. nō. n. accidit cū totum positū sit supra eē i vacuo ꝙ sit i eo: sicut in loco sepato: ⁊ sicut in corpe: nisi ps ponat̄ seorsuʒ a toto nō erit i loco: sʒ i toto qḋ sup. in vacuo saluare nō possum⁹. est ḡ vis rōnis. ꝙ si vacuū eēt locus saluarem⁹ i eo ꝯditiones loci. est āt ꝯditio loci ꝙ ps nō sit p se i loco: sʒ i toto: qḋ si i vacuo saluari nō pōt: qꝛ vt supra dicebat̄: si locus eēt spatiū vacuū sequeret̄ ꝙ ptes eēnt eque p se i loco: sicut ⁊ totū. Nō ergo vacuū pōt esse locus: ⁊ si nō ē locus sequit̄ ꝙ non sit. iō subdit ꝙ amplius si vacuū nō ē loc⁹ seqtur ꝙ vacuū nō erit. ¶ Nōndū aūt ꝙ ait corpus nō posse eē i vacuo: sicut in loco sepato ⁊ in corpe sufferēte: qꝛ ſm phm locus est aliqd sepatū a locato: ⁊ aliqd extra ipm: ⁊ hꝰ locus ē i corpe sufferēte. i. in corpore sustinēte ⁊ ꝯtinēte locatū: sʒ si locus poneret̄ eē vacuū. tūc locus nō eēt aliqd extra locatū. Sʒ dimensiones loci penetrarēt dimēsiōes locati: ⁊ coaptarēt se hꝰ dimēsiōes dimēsionib⁹ partiū: sicut dimēsionib⁹ totius: pp qḋ ita esset in loco ps p se sicut ⁊ totū: qḋ est contra ꝯditionē loci. Non ergo vacuū pōt eē locus: ⁊ per ꝯsequēs nec pōt esse. essentiale. n. esset vacuo ꝙ si esset: esset locus: vt Cōmentator ait. ¶ Deinde cum dicit. Cõ.65.

¶ Accidit aūt dicentibus esse vacuuʒ tāq̄ꝫ necessariū: si qdem erit motus: ꝯtrariū magis eē: si aliqs intēdat non ꝯtingere moueri nihil: si sit vacuū. Sic. n. ppter simile dicētes terrā qesce re: sic ⁊ in vacuo necesse est quiescere. Nō. n. quo magis ⁊ minus mouebit̄: secūdum. n. ꝙ vacuum est: nō habet differentiam. T.c.66.

¶ Ponit quintā rōnē dicēs. ꝙ dn̄tib⁹ esse vacuū tāquaʒ aliqd necessariū: si qdē erit motus accidit magis ꝯtrium eius qḋ dn̄t: si aliqs intēdat nō ꝯtingere moueri nihil si sit vacuū. sicut pʒ. pp simile. sunt. n. qdam dicētes terraʒ quiescere i medio: ꝙ nō magis trahit̄ ab vna pte celi q̄ꝫ ab alia: sic ⁊ i vacuo necesse est. Nō. n. est ibi dare quo aliquid magis ⁊ minus mouebit̄. vacuū. n. nō magis p̄t trahere ſm vnā ptem q̄ꝫ ſm aliā: qꝛ hʒ ꝙ vacuū ē nō hʒ differentiā. corpus ergo positū in vacuo in nullā partē mouebitur: qꝛ in nullam partem trahetur.

Dubitaret forte aliquis. vtrum sit tractus a vacuo. vr̄ ꝙ sic: qꝛ vt cōiter ponit̄ tract⁹ aliquādo est a vacuo: aliqñ a calido: aliquādo a tota specie. ¶ In ꝯtrariū est: qꝛ ꝙ nullā nām hʒ vim attractiuā habere nō potest. ¶ Dōm ꝙ tractus a vacuo dupliciter potest intelligi. primo ꝙ vacuum dicat aliquā naturam positiue: a qua per se fiat attractio: ⁊ sic imaginari tractū a vacuo est omnino fantasticum. Hẽ ergo mō probat phs ꝙ omne positum in vacuo contingit quiescere: quia cuʒ vacuum non habeat positiue aliquā vim attrahendi: qcquid ponetur in vacuo: nusquā mouebitur: quia non magis trahetur ad vnam partem q̄ꝫ ad aliam: sicut per simile secundum quosdam terra in medio manebat immobilis: quia cum equaliter distaret a partibus circūferentie celi non magis trahebatur ad vnam partē q̄ꝫ ad aliā. Dub.p°

Alio modo pōt intelligi tractus a vacuo.i.tractus:vt nō sit vacuū ꝛ sic fit tractus a vacuo:qꝛ.n.nā non patit vacuū sic multotiēs fit tractus ne ꝯtigat vacuū:vt pꝫ ī vētosa in qua si ponat stupa accēsa ignis ille rarefac aerē contētum i vētosa.Si ḡ vētosa ponat sup carnē:qꝛ ignis ille extinguitur:ꝛ aer ille ifrigidat ꝛ occupat mīorē locū:ideo ne sit vacuū fit attractio carnis.forte tñ in ventosa vbi ponit stupa accēsa concurrit vterqꝫ attractus a calido ꝛ a vacuo;multotiēs tñ fit tract⁹ a solo vacuo:vt pꝫ in fistulis tortuosis:quas qdaꝫ serpētes appellāt: que posite in dolio vini q̄si totum dolium euacuant:qȯ ideo contingit:qꝛ cuꝫ ille fistule sint tortuose:si desisteret fluxus in medio remaneret vacuum.

Dub.2ª **Ulterius** forte dubitaret aliqs cum attrahere sit aliqs effectus positiuus:ꝛ effectui positiuo oporteat dare cām positiuā:que est illa cā positiua:que trahit vt non sit vacuū.¶ Dōm ꝙ hꝫ cām non possumus ponere aliqȯ corpus mixtum:qꝛ ī puro elemento vbi nullū eēt corpus mixtū posset ꝯtigere talis tractus:rursus hꝫ cāꝫ non possumus ponere aliqȯ elemētoꝝ:qꝛ talē tractū ꝯtigit fieri in oēm ptēꝫ:ꝛ ad omneꝫ dr̄iaꝫ positiōis:nullū aūt elementoꝝ ꝫ se ꝯtigit hr̄e taleꝫ motū:

Que sit virt⁹ p/hibens vacuū est ḡ talis tractus a virtute celesti.sic.n. imaginari ōbemus ꝙ tota spera actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ ex virtute celesti ꝯnexionē habꝫ:ꝛ qꝛ eius cui⁹ est ꝯnectere est attrahere:ne ꝯtigat ibi aliquid eē diuisum:iō celestis virtus:cuius est cōnectere hec oīa:trahit:ne ista fiāt diuisa:ꝛ ne cōtingat hoc eē vacuū.sicut.n.adamas:qꝛ hꝫ sibi vnire ferrū.iō ex q̄cūqꝫ pte ponat ferrum attrahit ab adamante:sic qꝛ celū hꝫ vnire singulas ptes vniuersi:in quacūqꝫ parte ꝯtigeret diuisio ꝛ vacuitas fit v̄tute celesti attractio in illam partē ne hoc ꝯtigat ¶ Nōndū aūt falsaꝫ eē sentētiā dicētiū q̄escere ī medio:qꝛ equal'r trahit ab oī pte celi.qꝛ tunc terra nō q̄esceret nāl'r ibi:sed violenter.hec ergo rō ꝙ corpus positū in vacuo ibi q̄esceret:vel ē ꝯtra sic opinātes:vel est pticularis:vt ꝯtra ponētes motū fieri ī vacuo pp talē attractionem.¶ Deinde cū dicit.

T.c.67 ¶ **Deinde qm̄ oīs motus aut violētus aut ꝫm nām est. Necesse est aūt:si quidem si violētus sit:ꝛ eū qui ꝫm naturam. Violentus qdeꝫ.n. est extra nām:qui autem extra nām posterior est eo:qui est ꝫm nām. Quare si non secundū naturam est vnicuiqꝫ physicorum corporum motus:neqꝫ aliorum erit motuū neqꝫ vnus.**

¶ Ponit sextā rōnē.Circa qȯ duo facit:qꝛ p̄mo supponit motum nālē eē priorē violēto:ꝛ ꝙ si nō est nālis non est violētus;iō ex hac suppositione supposita arguit itētum ibi.(At vero motus.)Dicit ergo.ꝙ deīde supponēduꝫ ē ꝙ oīs motus aut ē violētus:aut ꝫm nām.ꝛ ꝙ necesse ē:si q̄dem si motus ē violētus: eē ꝛ eum q̄ ē ꝫm nām:nā violētus ē motus q̄ ē extra nām;ꝛ est posterior eo motu:q̄ ē ꝫm nām;ꝛ qꝛ si nō ē prius nō ē posterius.q̄re si vnicuiqꝫ physicoꝝ corpoꝝ nō ē motus:q̄ ē ꝫm nām:neqꝫ erit vn⁹ aliorum motuum.oēs.n.alij motus videntur p̄supponere motum nālē:cui ḡ non cōpetit motus naturalis ei nō competit alius motus.¶ Deinde cū dicit.

¶ **At vero motus nā quō erit in vacuo:cū nec vna sit differentia ꝫm vacuū ꝛ infinitū. Scdꝫ quidē.n.ꝙ infinitū est:nihil erit sursuꝫ:neqꝫ deorsum:neqꝫ mediū. Scdm aūt ꝙ vacuū est nihil differens sursuꝫ a deorsuꝫ. Sicut.n.nulli⁹ neqꝫ vna est differētia:sicut ꝛ nō entis.vacuū aūt cū non sit aliqd:priuatio videt esse. Nā aūt loci mutatio differēs est. Quare erūt que sunt natura differētia.si igit nō est nā:nusq̄ ꝛ nulla loci mutatio aut si hoc est:nō est vacuum.**

¶ Ex his q̄ dixerat arguit itētum.d.at vero quō erit motus natura.i.nālis ī vacuo:cū neqꝫ sit vna dr̄ia ꝫ vacuū ꝛ ꝫm ifinitū.ꝫm qdē.n.ꝙ ē ifinitū nihil erit sursuꝫ:neqꝫ deorsuꝫ:neqꝫ mediū:ꝫ aūt ꝙ ē vacuū nō est ī eo differēs sursuꝫ a deorsum:qꝛ sicut nulli⁹ ē nulla dr̄ia:sic ꝛ non entis nō ē aliqua dr̄ia.vacuū aūt cuꝫ nō sit aliqd:ꝛ qꝛ vr̄ eē priuatio nō habebit ī se aliquā dr̄iaꝫ.loci aūt mutatio ē differēs nā.i.nāliter ꝫ suprius ꝛ iferius.q̄re erūt dr̄ia q̄ sunt nā:est ḡ vis rōnis.ꝙ ī his que fiūt nā:ꝛ ī mutationibus nālibus ē assignare dr̄ias ꝫ diuersas spēs motus. I vacuo nō ē assignare hꝫ dr̄iam.ergo ibi nō ē ponere motus nāles.ꝛ p ꝯn̄s nec alios motus.iō subdit:si igit nō ē nā.i.si non est motus nālis nusq̄ erit alia loci mutatio:aut si h̄ est.i.si est motus naturalis seqtur ꝙ nō ē vacuū.

Dubitaret forte aliqs quō vacuū vt vacuū ꝛ ifinitū:ꝛ quō vt ē ifinitū nō ē ibi assignare neqꝫ sursuꝫ:neqꝫ deorsuꝫ:neqꝫ mediū:ꝛ vt ē vacuū sursū ibi n̄ differt a deorsuꝫ. Dub.3ª ¶ Dōꝫ ꝙ ponere vacuū nihil ē aliō q̄ ponere quoddā corp⁹ mathematicū: vel ponere quasdā dimēsiōes sepatas q̄ sint actu p̄uate ab oīb⁹ qualitatibus sensibilib⁹.hꝫ aūt dimēsiones dupl'r ꝯsiderari possunt:vel vt dimēsiones sunt:vel vt sunt p̄uate q̄litatibus sensibilibus:si cōsiderētur vt p̄uate sunt sic dicuntur ifinite.i.ideterminate:qꝛ nō d̄terminant p aliq̄s q̄litates sensibiles.rō.n.ifiniti ī q̄dā p̄uatiōe ꝯsistit:ꝛ ifinitū qd ideterminatū noiat:cū ḡ sursuꝫ deorsuꝫ ꝛ mediuꝫ:vt dicūt qd nāle:dicāt aliqd ꝯiūctū d̄bitis q̄litatib⁹ ꝛ d̄bitis passiōib⁹:qꝛ a talib⁹ non abstrahit nālis:vacuū:vt dicit qd ifinitū:ꝛ qd p̄uatū talib⁹:ī eo nāles dr̄ie locales signari nō possūt:ꝛ rursus qꝛ vacuū:vt vacuū est:ꝛ vt nominat ipsas dimensiones:lꝫ ibi possemus signare diuersas extremitates:qꝛ nō eēt alteri⁹ nāe:nec eēt nāliter alterius rōnis ī vna extremitate q̄ ī alia:sursuꝫ a deorsum differre nō posset:pp qȯ si nō eēt ibi assignar̄ tales dr̄ias locales:ibi naturalis motus esse non posset:ḡ tales differentias presupponit.¶ Deide cū dicit.

¶ **Amplius nunc quidē proiecta mouent̄ p̄iectore nō tangēte:aut pp antiperistasim: sicut qdaꝫ dicūt:aut ex eo qȯ pellit pulsus aer velociore motu q̄ latio pulsi:ꝫ quā fertur in proprium locū. In vacuo autem nihil hoꝝ ꝯtigit esse:neqꝫ erit ferri:sed aut sicut qȯ vehitur.** T.c.68

¶ Ponit septimā rōnē.d.ꝙ ampli⁹ nūc qdē p̄iecta mouent̄ p̄iectiuo nō tāgēte ea:qȯ qdē ꝯtigit:aut pp antiperistasim.i.pp repcussionē:vel pp ꝯtra pulsionē:sicut qdaꝫ dicūt:aut h̄ ꝯtigit ex eo ꝙ aer pellit corp⁹ mobile:sic corpus pulsuꝫ:ḡ aer ē pulsus velociori motu q̄ sit latio corporis pulsi:ꝫm quā fertur in propriū locum.in vacuo aūt nihil horum ꝯtingit esse:quare neqꝫ erit.i.nō ꝯtiget ferri sic aliqd in vacuo.Sed aut si est ibi latio erit: sicut qȯ vehitur.i.sicut qȯ portat̄.¶ Nōndū aūt ꝙ quō aer pellit corpus proiectum in ipso est duplex modus dicendi: De motu proiectorum
vnus est ꝙ sicut lapide proiecto in aq̄ fiūt ibi qdam circuli;ita cum sit impulsus in aere fiunt ibi quidaꝫ circuli:qui īpellūt corp⁹ p̄iectū:ꝛ h̄ appellat ph̄s moueri per antiperistasim.i.p ꝯpulsionē: qꝛ illi circuli ꝯtrapellūt p̄iectū cōp⁹.Alio mō dr̄ ꝙ iō corp⁹ p̄iectū ab aere pellit̄:qꝛ aer īpulsus mouet̄ velociori motu q̄ sit motus corpis

piecti.iō nō pmittit illud cadere: ꝛ non pmittēdo ipz cadere: pellit ipm: videmus.n. ꝙ si in circulo ponat̄ lapis: ꝛ proyciat̄ circulus ī altū: ita ꝙ fortiter vertat̄: lapis simul vertet̄ cū circulo: ꝛ semꝑ stabit ī eadē pte circuli: qḋ ideo ꝯtigit: qꝛ motus circuli ē velocior q̄ꝫ sit motus lapidis deorsuz. iō ille motus īpedit motū lapidis: vt nō pmittat ipm descēdere: sed facit ipm moueri fm motum ipsius circuli. Sic ēt si qs scutellā plenā aqua repēte verteret: ita ꝙ versio scutelle eēt velocior q̄ꝫ descēsus aque deorsuz: ꝑ hꝰ versionē aq̄ a scutella nō caderet. Quia ergo aer est mobilis: ꝛ pulsus mouet̄ velociori motu q̄ꝫ sit motus corꝑis piecti in ꝓpriū locū. iō q̄ꝫdiu motus aeris est ita velox nō pmittit corpus piectum cadere: sꝫ pellit ipm. quocūqꝫ ergo mō ponat̄ corpus proiectū ferri ꝑ pulsionē medij ponētes vacuū talē motū saluare non poterunt. poterit forte lapis in vacuo vehi vel portari cū manu: sꝫ statim cū exibit a manu cader. Cū ḡ h̄ sit ꝯtra sensum: qꝛ ad sensuz videmus piecta moueri piectiuo non tāgēte: ꝯtra sensuz ē ponere vacuū. ¶ Deinde cū dicit.

t.69 ¶ Amplius nullus habebit dicere ꝑꝑ quid qḋ mouetur stabit alicubi. Quid.n. magis hic q̄ꝫ ibi: Quare aut quiescet: aut in infinituz necesse est ferri: nisi aliquid impedierit maius.

¶ Ponit octauā rōnē. d. amplꝰ si ponat̄ vacuū nullus habebit dīc ꝑꝑ qd. i. nullꝰ poterit dīc rōnē ꝑꝑ qd mouetur qḋ mouet̄: aut ꝑꝑ qd aliqd stabit. i. qescet alicubi. qd.n. i. ꝑꝑ qd magis mouebit̄ aut qescet hic q̄ꝫ ibi: q.d. nō est assignat̄ cāz. q̄re aut qescet vbiqꝫ cōpꝰ positū ī vacuo: aut in īfinituz necesse ferri nisi aliqd īpedierit maiꝰ. ¶ Notādū āt ꝙ qꝛ vacuū nullā hꝫ dr̄iaz ī suis ptibꝰ. iō corpus positū ī eo si qescet ī vna pte qescet ī q̄libet: ꝛ si mouetur ad vnā ptē mouebit̄ ad quālibet. vel ḡ sꝑ qescet vel semper mouebit̄: nō ḡ vacuo posito poterimꝰ saluar̄ ī corporibus nālibꝰ motū ꝛ q̄etē nālē: sꝫ vel saluabimꝰ ibi motuz tm̄ vel q̄etez tm̄. ¶ Nōndū ēt ꝙ ait nisi aliqd impedierit: qꝛ q̄ꝫtūcūqꝫ corpus dr̄ eē natū semꝑ ferri vel moueri. si occurreret ei aliqḋ impedimētum qḋ esset maius eo vel fortius ꝯsisteret motꝰ eius. ¶ Deinde cū dic̄.

t.70 ¶ Amplius aūt nūc quidem in vacuū ob id qḋ cedit ferri videtur. In vacuo aūt vbiqꝫ similiter est hꝰ. Quare vbiqꝫ fertur.

¶ Ponit nonā ꝛ vltimā rōnē. d. ꝙ amplius aūt nūc qdez fm opinionē ponētiū vacuū corpꝰ mobile vr̄ ferri. i. moueri in vacuo ob id ꝙ cedit vacuo: sꝫ ī vacuo silr̄ ē hꝰ. i. ī vacuū cedit silr̄ vbiqꝫ. q̄re corpus positū ī vacuo vbiqꝫ fertur. mouebit̄ ergo simul ꝛ semel diuersis motibus: qḋ est inconueniens.

Lectio. XIII.

t.71 Amplius aūt ꝛ ex his manifestū ē qḋ dicitur. Videmus.n. idez ꝛ graue ꝛ leue corpus velocius ferri ꝓpter duas causas. Aut ī differēdo ꝑ quid: vt per aquam: aut ꝑ terraz: aut per aerez: aut in differendo qḋ fertur: si alia sunt eadem ꝑꝑ excellentiā grauitatis aut leuitatis. Hoc igitur ꝑ qḋ fertur causa est: qꝛ impedit maxime quidē qḋ ꝯtra fert̄: postea aūt ꝛ manens. Magis āt qḋ nō facile diuidit̄. Huiusmodi āt grossiꝰ est.

¶ Postq̄ꝫ phs iprobauit vacuū ex parte motus. in parte ista iprobat ipm ex pte velocitatis ꝛ tarditatis in motu. Circa qḋ duo facit: qꝛ p̊mo pmittit q̄dam necessaria ad ꝓpositū. scḋo exeqtur ḋ ītēto ibi. (Id igr̄ ī quo ē.) Dicit ergo. ꝙ amplius ex his. i. ex dicēdis māifestū ē quod dr̄. vz. ꝙ non ē dare vacuū. videmꝰ.n. i dē corpus graue ꝛ leue velociꝰ ferri ꝑꝑ duas causas: aut ī ferēdo ꝑ medium per qḋ fertur: vt qꝛ fertur ꝑ aquā: aut ꝑ terrā: aut ꝑ aerē: aut pōt eē cā ī ferēdo id qḋ fertur. i. ꝑ dr̄iam mobilis: qꝛ si alia sint eadē. i. si mediū sit equale: ꝑꝑ excellētiaz grauitatis aut leuitatis ipsiꝰ mobilis: pōt eē differētia ī motu. Addit aūt qūo mediū diuersimode hꝫ īpedire. d. ꝙ h̄ qdem per qḋ fertur. i. mediū. causa ē qꝛ maxīe qdē impedit qḋ contra fertur: postea aūt īpedit si est manēs. lapis.n. si descēdat per aerē q̄ꝫtūcūqꝫ aer maneat vel non moueat̄: īpedit tm̄ motū lapidis. Sed si aer ferat̄ cōtra īclinationē lapidis magis īpediret motū eius. subdit aūt ꝙ etiā magis īpedit motū mobilis mediū qḋ nō facile diuiditur. hꝰ aūt est mediū grossius. ¶ Notādū āt ꝙ phs ex his oībus v̄bis hr̄e vult ꝙ motus: aliquādo ē velox: aliquādo est tardus: ꝛ h̄ vel ē dr̄ia medij vel ē dr̄ia mobilis. Sꝫ si eēt dare vacuū: nullus eēt motꝰ velox: neqꝫ tardus. ḡ impossibile ē vacuū eē. ¶ Notandum ēt antiquos phos posuisse vacuū ꝑꝑ motū: qꝛ ḡ motus circularis non reqrit spatiū: sꝫ solū motus rectus vr̄ eē ille motus ꝑ quē antiq ponebāt vacuuz. iō phs spāliter iprobat vacuum ex parte grauium ꝛ leuium: que mouentur motu recto. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Id igitur in quo est. a. mouebit̄ per. b. quod aūt in quo. c. tēpus per ipm aūt. d. cum sit subtilius: sed equalis longitudo est ipsius. b. que est ipsius. d. fm analogiam īpedientis corporis. Sit eni. b. qdem aqua. d. vero aer. Quāto igitur subtilius aer aqua ꝛ incorporalius: tanto citius. a. per. d. mouebit̄ q̄ꝫ per. b. Habꝫ igit̄ eandem rōnem: fm quā quidem distat aer ab aqua: velocitas ad velocitatē. Quare si dupliciter subtile est: in duplici tp̄e quod est ipm. b. transibit q̄ꝫ. d. Et erit in quo ē. c. tēpus duplex eo in quo est. e. Et semꝑ iam quātūcunqꝫ sit incorporalius ꝛ minus impeditiuū: ꝛ bene diuisibilius per qḋ fertur: citius mouebit̄. Vacuum aūt nullam habet rōnem qua excellatur sub pleno: sicut neqꝫ nihil ad numerum.

¶ Ostēso qūo oꝫ eē velocitatē ꝛ tarditatē ī motu: aut ex pte medij: aut ex pte mobilis. i pte ista ex hꝰ velocitate ꝛ tarditate ostēdit ꝙ īpossibile ē eē vacuū. Circa qḋ duo fac: fꝫ ꝙ velocitas ꝛ tarditas duplr̄ hn̄t sumi. s. ex parte medij ꝛ ex pte mobilis. p̊ ḡ adducit hꝰ dmōstratōes sumptas ex pte medij. scḋo sūptas ex pte mobil̄ ibi. (Scḋm aūt hoꝝ q̄ ferūt̄.) Circa pmū duo fac. fꝫ ꝙ duplr̄ ꝓbat intētū. p̊.n. ꝓbat h̄ dmōstratiōe ostēsiua. scḋo dmōstratiōe ducēte ad īpole ibi. (Sꝫ ꝑ subtilissimū.) Circa p̊m duo fac: qꝛ p̊ adducit dictam dmōstrationē. scḋo qdā qḋ supposuerat dclarat ibi. (Si.n. q̄ tuor.) Dicit ḡ. illḋ ḡ ī q̄ ē a mobile. i. qḋ significat̄ ꝑ a. mouebit̄ ꝑ b. i. ꝑ aliqḋ mediū vt puta ꝑ aquā. tp̄s āt qḋ apponit̄ ī tali motu sit ī q̊ c. per ipꝫ āt d. i. ꝑ aliḋ mediū: vt puta ꝑ aerē cū sit subtiliꝰ si eq̄lis sit lōgitudo ipiꝰ b. q̄ ē ipiꝰ d. mouebit̄ ꝑ ipꝫ d. fꝫ analogiā īpediētis corpis. tāto.n. citiꝰ mouebit̄ a. mobile ꝑ d. q̄ꝫ ꝑ b. q̄ꝫto d. ē subtiliꝰ b. sit ḡ b. qdē aq̄. d. vō aer: quāto igr̄ subtiliꝰ ꝛ icorpaliꝰ ē aer q̄ꝫ aq̄: tāto citiꝰ a. mouebit̄ ꝑ d. q̄ꝫ ꝑ b. hāc ḡ rōnē. i. ꝓportionē quā. i. fꝫ quā vt hꝫ alia lr̄a: distat aer ab aq̄ hēbit velocitas motꝰ facti ī aere ad velocitatē motꝰ facti ī aq̄. q̄re si duplr̄ subtile ē aer q̄ꝫ aq̄

in duplici tpe qḋ ē ipm̄ c.trāsibit a.mobile b.q̄ꝫ d.ꝛ erit
tp̄s in quo ē c.i.tp̄s in quo trāsitur b.duplex ex tpe ī quo
transit̄ d.qḋ tēpus dsignat̄ p e.ꝛ semp quātūcūqꝫ mediū
fit in e. incorporalius ꝛ min⁹ ipeditiuuꝫ ꝛ bene diuisibi
lius:ꝛ qḋ mediū fertur mobile citius:ꝛ veloci⁹ fert̄ per
ipm̄:vacuū aūt nullam hꝫ rōnē.i.ꝓportionē qua excella
tur sub pleno:sicut neqꝫ nihil hꝫ ꝓportionē ad numeruꝫ
in vacuo.g̊ qꝛ nihil est ibi impediēs:nullū regret̄ ibi tē/
pus:motus g̊ in vacuo neqꝫ erit velox:neqꝫ tardus. imo
nullus erit ibi motus:cuꝫ de ratione motus sit ꝙ fiat in
tempore.⸿ Deinde cuꝫ dicit.

⸿ Si.n.quatuor tria excellūt vno pluribus au
tem duo:ꝛ adhuc vnū pluribus q̄ꝫ duob⁹. Ni
hil aūt nō amplius habent rōnē qua excellant.
Necesse est.n.diuidi excellēs in excellētiā:ꝛ in
id qḋ excellit̄. Quare ꝛ quatuor in quātūcūqꝫ
excellūt ꝛ nihil. Vn̄ neqꝫ linea pūctuꝫ excellit:
nisi ꝯponat̄ ex pūctis. Sil'r āt vacuū ad plenū
nullā possibile ē habere rōnē.g̊ neqꝫ ad motū.

⸿ Declarat qḋ supposuerat. Supposuerat enī ꝙ nihil ad
numeꝝ nulla ē ꝓportio:iḋ sit ꝙ si q̄tuor excellūt tria.i.
hꝫ excellētiam ad tria vnū.i.ſm vnum.pluri aūt excel/
lunt duo.q̄tuor.n.plus excellūt duo q̄ꝫ tria ꝛ adhuc vnū
excellunt pluri.i.pluri duob⁹. Sed ipsius nihil non hn̄t
amplius rōnē.i.ꝓportionē qua excellant. Necesse est.n.
omne excellēs diuidi in excellētiā:ꝛ id qḋ excellit̄.qua/
tuor.n.si hn̄t excellētiā ad tria:ꝛ excellūt tria in vno:oꝫ
quatuor cōponi ex trib⁹ꝛ vno:quare si q̄tuor hn̄t ꝓpor/
tionē ad nihil:erūt quatuor excellētia ꝛ nihil.erit g̊ ō cō
positiōe ipsoꝝ:qḋ ē inconueniēs. Nullus g̊ numerus hꝫ
proportionē ad nihil:cū nō ꝯponat̄ ex nihilo:neqꝫ linea
excellit pūctum:cū neqꝫ cōponatur ex pūctis. Sil'r aūt
vacuū ad plenū nullā possibile ē hr̄e rōnē.i. ꝓportianē.
ergo neqꝫ motū factū in vacuo possibile ē hr̄e ꝓportio/
nē ad motum factū in pleno. Si g̊ in pleno fit motus in
tpe:in vacuo fiet in non tēpore:erit g̊ hꝰ motus neqꝫ ve
lox:neqꝫ tardus.imo vt dcm̄ est:si ponat̄ vacuū tollitur
motus:qꝛ vt dicebat̄:ō rōne motus ē ꝙ tpe mēsuretur.

Dub: p° **Dubitaret** forte aliqs.vtrū tota cā quare reqrit̄
tēpus in motu sit resistentia medij.ꝛ
vr̄ ꝙ nō:qꝛ corpora celestia nō hn̄t mediū retardās nec
impediēs:ꝛ tn̄ mouent̄ i tpe.⸿ Oppositū vult ph̄s i lr̄a
qui ait cā ꝓportionē eē motuū factoꝝ i diuersis medijs
que est ipsoꝝ medioꝝ:vt quāto aer ē icorporalior aqua:
tāto motus factus in eo ē citior ꝛ velocior motu facto in
aqua:qḋ non eēt nisi tota rō:quare reqrat̄ tēpus ī motu:
sumeret̄ ex parte medij.⸿ Dōm ꝙ q̄dam corpa mouen
tur ex se:q̄dā non mouētur ex se.q̄cūqꝫ.n.mouētur ex se
nō dterminantur ad vnā dr̄iam positionis tn̄. Sꝫ quo/
dāmodo hn̄t ꝙ moueant̄ ad plures dr̄ias positiōis. aīal
.n.qꝛ mouet̄ ex se moueri hꝫ ad plures dr̄ias positionis:
sic ēt ꝛ celū:qꝛ ex se mouet̄ quodāmodo mouet̄ ad plu/
res dr̄ias positiōis. Sol.n.ꝛ alia astra ꝑ motum celestē
non solū tēdunt ab oriēte in occidēs:sed ꝑ illum eundē
motum ab occidēte reuertunt̄ ad oriēs.ea v̄o q̄ non mo/
uētur ex se ꝑ se ꝛ eēntial'r ſm suū motū nālē ꝛ propriū d/
terminantur ad vnam dr̄iaꝫ positionis tn̄:vt grauia ha
bēt tn̄ motum dorsuꝫ:ꝛ leuia sursum.grauia.n.ꝑ suum
motū nālē ꝛ propriū motū non hn̄t ꝙ tēdant s sursuꝫ d/
orsum:ꝛ a dorsuꝫ sursuꝫ:sꝫ ex nā sua dterminant̄ vt soluꝫ
deorsum tēdant:ꝛ leuia vt solū sursuꝫ. Cū igr̄ q̄ritur vtꝝ
tota cā quare reqritur tēpus in motu sit īpedimētū me/
dij:si loqmur de proprio motu grauiū ꝛ leuiū q̄ nō mo/
uētur ex se:pꝫ ꝙ tota causa quare reqritur tp̄s ī tali mo/
tu:ē īpedimētum medij.grauia.n.nō sunt ī po^a essentiali
vt sint dorsuꝫ.imo ex forma sua eēntial'r ꝛ ꝑ se semp hn̄t
ꝙ sint dorsuꝫ.generans.n.quātum dedit graui d forma
grauis:tātū ddit ei d loco dorsuꝫ.q̄diu g̊ graue hꝫ formā
grauis:tādiu eēntial'r ꝛ ꝑ se ꝯpetit ei eē dorsū. grauia igi
tur nūquā sūt ī po^a eēntiali vt sint dorsuꝫ:sꝫ vel sūt actu
dorsuꝫ:vel si nō sunt actu ibi.sūt solū ī po^a accn̄tali vt ibi
existāt. Nō.n.possunt eē ī po^a eēntiali ad talē locū:cū ex
se ꝛ eēntial'r semp hēant ꝙ ibi existant:sꝫ cū aliqd respe
ctu alicui⁹ ē ī po^a accn̄tali:ad hoc ꝙ ꝯpetat ei illud nō i/
diget nisi remouēte ꝓhibēs:qꝛ g̊ grauia sūt in po^a accn̄/
tali vt sint dorsum:si tollat̄ ꝓhibēs ꝛ īpediēs:statiꝫ erūt
dorsuꝫ.ꝛ qꝛ īpediēs ꝛ ꝓhibēs ī tali motu ē solū corp⁹ me
diū:iḋ tota cā quare reqrit̄ tp̄s ī motu grauium ꝛ leuiū:
est resistētia medij.pꝫ ergo qd dōm sit d motu taliū. Sꝫ
si non sit qḋ d motu grauiū ꝛ leuiū:sꝫ d motu eoꝝ q̄ mo/
uētur ex se:talia ſm ꝙ hꝰ non hn̄t ꝙ sint in vno loco tn̄.
Sol.n.non hꝫ d se ꝙ semp sit ī oriēte:vel ꝙ semp sit ī oc/
cidēte.cū g̊ ē in oriēte:ad hoc ꝙ sit in occidēte:nō ē ī po^a
accidētali solum.non g̊ loquēduꝫ ē d motu celi:vel d mo
tu solis:sicut d motu grauiuꝫ vel leuiū.grauia.n.cū sint
sursum:qꝛ d se semp hn̄t ꝙ sint dorsuꝫ:si tollatur oē īpe/
diēs:statim erūt dorsuꝫ. Sol v̄o cū ē in oriēte:qꝛ d se nō
hꝫ ꝙ sit semp ī occidēte:si tollat̄ mediū īpediēs nō stati
erit in occidēte:ꝑꝑ qḋ ī motu grauiū ꝛ leuiū tota cā qua/
re reqrit̄ tēpus ē resistētia medij. Sꝫ in motu celestiū ꝛ
astroꝝ:ꝛ vl'r ī motu eoꝝ q̄ mouēt̄ ex se:tota cā quare re
quirit̄ tp̄s non ē impedimētū medij: vt pꝫ ꝑ habita.

Vlterius forte dubitaret aliqs.vtꝝ quātitas spa/ Dub: 2^m
cij faciat vt reqrat̄ tēpus in motu.vide/
tur ꝙ sic:ſꝫ ph̄m si eq̄lis ē lōgitudo ipsius b.q̄ ē ipsi⁹ d.
motus facti in eis habebūt eādē ꝓportionē:quā hn̄t ipsa
media.vr̄ g̊ velle ph̄s ꝙ lōgitudo ipsius medij aliqd fa/
ciat ad hoc ꝙ motus citius vel tardius cōplestur:imo si
ph̄s nunq̄ꝫ hoc vellet:videmus ad sensuꝫ ꝙ ī maiori spa
tio plus apponit̄ de tpe:ꝛ in mīori minus:qḋ nō eēt:nisi
quātitas spacij aliqd faceret ad hoc ꝙ ibi reqreret̄ tp̄s.
⸿ Dōm ꝙ motus localis minus hꝫ d trāsmutatiōe mo
bilis q̄ꝫ aliqs alius motus.ꝑ hꝰ.n.motum minus trans/
mutatur mobile quātum ad suam subam q̄ꝫ ꝑ aliquem
alium motū.qḋ ergo nō facit ad exigētiaꝫ tēporis ī alijs
motibus.multo minus facit in motu locali.videmus.n.
ꝙ causa quare ī motu ad formā reqrit̄ tēpus nō ē quāti/
tas:sed est contraria dispō exn̄s ī mā.si.n.mā eēt suffici/ De causa succes/
enter disposita ad aliquā formā:ꝛ nō hr̄et ꝯtrariā dispo/ siōis in
sitionē illi forme:ī illo īstanti in quo appropiquaret̄ suf/ oī motu
ficiēs actiuū illi māe:īduceretur talis forma in tota illa vbi p̄
mā:nec referret vtrū mā illa eēt parue q̄ꝫtitatis vel ma hoc
gne:qꝛ q̄ꝫtecūqꝫ q̄ꝫtitatis eēt ꝑ approximationē ad suffi
ciēs actiuū:ꝛ ī īstāti susciperet dbitā formam. videmus
.n.ꝙ qꝛ aer non hꝫ contrariam dispōnem ad luceꝫ:ī illo
īstanti ī quo appropiquat sol ad hemisperiū nostrum sol
illuminat totam partē aeris sibi obiectā:sicut ergo ē in
motu ad formā:sic suo modo est ī motu ad vbi:ꝑꝑ qḋ si/
cut rōne q̄ꝫtitatis non reqrit̄ tp̄s in motu ad formā:sed
rōne contrarie dispositionis:sic in motu ad vbi nō reqri
tur tēpus rōne quātitatis spacij:sꝫ rōne resistētie vel rō/
ne impedimēti medij.hoc g̊ in motu grauium ꝛ leuium
facit mediū impediens:qḋ in motu ad formā facit ꝯtra/
ria dispositio in subiecto:q̄re si eēt aliquod spatium va/
cuū:ꝛ ī eo tolleret̄ omne mediū resistēs:mobile ꝑtransi/
ret illud spatiū in non tpe.dicemus.n.ꝙ sicut lux multi/
plicat se in non tēpore in toto medio:qꝛ non inuenit in eo
contrariā dispōnē:sic si eēt spatium vacuū corpus graue

vel leue trãsiret illud in non tẽpore:qꝛ nõ inueniret ibi corp⁹ mediũ ĩpediens eius motũ. ¶ Ad vo obijciebat: ꝙ magnũ spaciũ nõ citius ꝑtransitur ꝙ̃ ꝑuũ. ¶ Dõm ꝫ id cõtingit:qꝛ in magno spacio plus est de corpore medio ĩpediente ꝛ retardante motũ ipi⁹ mobilis ꝙ̃ in spacio paruo. Sed si tollerẽt oẽ corp⁹ mediũ:nõ citius pertransiret ꝑuum spaciũ ꝙ̃ magnũ. Sic enĩ videm⁹ ĩ motu ad formã: ꝙ vbi ẽ ꝯria dispõ in subito:nõ opꝫ ꝙ agẽs sil inducat formã in toto spacio.citi⁹.n.calefit ps aeris ꝓpinqua igni ꝙ̃ remota. Sed vbi nõ est ꝯria dispõ: in instanti fit ĩductio forme in toto passo:vt pꝫ in illuminatione aeris:vbi nõ prius illuminat̃ ps medij ꝙ̃ totum mediũ:ꝗ̃titas ꝫ maior in motu ad formã nõ reqꝛit magis de tpe:nisi qꝛ magis hꝫ de ꝯria dispõne.cũ igit̃ hoc faciat corpus mediũ ĩpediẽs in motu grauiũ ꝛ leuium: qḋ facit ꝯria dispositio ĩ motu ad formã: maior ꝗ̃titas spacij ideo requirit plus de tpe:qꝛ plus est ibi de medio corpore ĩpediẽte. Sꝫ si poneret̃ esse vacuũ:ꝛ tolleret̃ oẽ corp⁹ mediũ ĩpediẽs:nõ citius ꝑtransiret̃ ꝑuũ spaciũ ꝙ̃ magnũ:qꝛ in nõ tpe ꝑtransiret̃ vtrũqꝫ: sicut nõ citi⁹ illuminatur parua pars aeris ꝙ̃ magna: sed vtraqꝫ lumen recipit in instanti.

Alterius ad maiorẽ euidentiã dictoꝝ dubitaret forte aliquis:vtrũ in vacuo esset motus in ĩstãti:vr̃ ꝙ nõ:qꝛ lꝫ in vacuo nõ sit assignare mediũ corporis:qꝛ vacuũ est spaciũ priuatũ corpe:est tñ ibi assignare mediũ spacij. Si ꝫ aliqḋ corp⁹ mobile ꝑtrãsiret aliqḋ spaciũ vacuũ:aut ĩ eodẽ ĩstãti eẽt in medio ꝛ in fine illius spatij:aut in alio ꝛ alio instãti. Nõ ẽ dicere ꝙ in eodẽ instanti:qꝛ vnũ ꝛ idẽ corp⁹ in diuersis locis localiter sil' ꝛ semel eẽ nõ põt. ergo h̃ erit in alio ꝛ in alio. instanti. Sed inter quelibet duo instãtia cadit tps mediũ.erit ꝫ hꝰ mot⁹ in tpe. ¶ Dõm ꝙ auẽpache vt Cõ-
t.c. 71 mentator narrat distinxit duplex tps in motu.vnũ nãle:ꝛ aliud supadditũ:nãle.n.tps sumit̃ in motu ex distãtia terminoꝝ.supadditũ autem tẽpus accipit̃ ex resistentia medij. Fm hanc opinionẽ:cũ querit̃ vtrũ motus in vacuo fiat in nõ tpe.dici dꝫ hꝰ motũ fieri in nõ tpe: ꝗ̃tum ad tempus qḋ ibi requiritur ex resistẽtia medij: sed nõ fit in nõ tpe ꝗ̃tũ ad id qḋ ibi requirit̃ ꝓpter distantiã terminoꝝ.mouit aũt auẽpache motus sup.celestiũ corpoꝝ:qui ĩ fit in tpe:nec tñ est ibi resistẽtia medij. vñ fm ipsũ in motu supcelestiũ solũ requirit̃ tps nãle qḋ accipit̃ ꝓpter distantiã terminoꝝ. Sꝫ in motu grauiũ reqrit̃ ẽt ꝓpter resistentiã medij:qḋ si fieret talis motus in vacuo:oĩno tolleret̃ tale tps:nõ tñ ꝓpter hoc hꝰ motus fieret in non tempore:qꝛ adhuc requiret̃ ibi tps ꝓpter distantiã terminoꝝ. ¶ Sꝫ h̃ positio est contra mentẽ phĩ:ꝛ negat ꝓpositiões ꝑ se notas. ꝯ mentem phĩ est:qꝛ fm ipsũ eandẽ rõnẽ ꝛ ꝓportionẽ:quã habẽt media adinuicẽ:habent velocitates motuũ factoꝝ in illis medijs. sicut enim se hꝫ mediũ ad mediũ:sic se hꝫ tps qḋ requirit̃ in motu vnius medij:ad tps qḋ requiritur ad motũ alterius medij:vt si accipiat̃ eq̃le spaciũ: vel equalis longitudo aeris ꝛ aq̃:si aer est in duplo subtilius ꝙ̃ aqua:in duplo tpe trãsibit̃ aqua ꝙ̃ aer: sed fm Cõmentatorem ꝛ fm veritatẽ:qñ alique ꝗ̃titates sunt ꝓportionales:si vtriqꝫ illaꝝ addat̃ equalis ꝗ̃titas: nõ vlterius remaneret in illa ꝓportiõe:vt si octo ẽ duplũ ad q̃tuor:si vtriqꝫ illoꝝ addat̃ numer⁹ binari⁹:nõ vlterius reseruabit̃ ibi ꝓportio dupla.decem enĩ nõ sunt duplũ.ad sex. q̃re si tps retardationis in aqua est duplũ ad tempus retardationis in aere:qꝛ aer posit⁹ est duplo subtilior ꝙ̃ aq̃:si vtriqꝫ tpi retardatiõis addat̃ eq̃le tẽpus ꝓpter eq̃lẽ distantiã terminoꝝ:qꝛ positũ est ꝙ aeris ꝛ aq̃ accipiat̃ equale spaciũ:vel lõgitudo eq̃lis: tali additiõe facta nõ vlteri⁹ reseruabit̃ ibi ꝓportio dupla. nõ ergo verũ erit:ꝙ tps qḋ requirit̃ in motu aque sit duplũ ad tps qḋ requirit̃ in motu aeris. Dato ꝙ aer sit in duplo subtilior ꝙ̃ aqua:cuius oppo\m simpl'r phs asserit. Cũ .n.in hꝰ motu fm hunc modũ dicendi requirat̃ duplex tps:vnũ retardationis ꝑ impedimẽtũ medij:aliḋ nãle ꝓpter longitudinẽ spacij:qꝛ tps retardationis erit duplũ:tps nãle erit eq̃le. Sequit̃ vt pꝫ ꝑ habita ꝙ tẽpus cõpositũ ex duplo ꝛ equali nõ vlteri⁹ habeat ꝓportionẽ duplã:vt si tps retardatõis ĩ aq̃ sit q̃tuor horaꝝ: tps nãle sit vnius hore:totũ tps:qḋ requirit̃ in tali motu erit quinqꝫ horaꝝ. Si ꝫ accipiat̃ tãta lõgitudo aeris ꝗ̃ta aq̃:tps retardatiõis aeris erit duaꝝ horaꝝ:cũ positus sit aer ĩ duplo subtilior aq̃:tps nãle erit vni⁹ hore.qꝛ eq̃lis est ꝓportio vtriusqꝫ.totũ ꝫ tẽpus:qḋ requirit̃ in tali motu:erit triũ horaꝝ.tẽporib⁹ ergo retardationũ: que sunt in ꝓportione dupla:qꝛ vnũ est q̃tuor horaꝝ ꝛ aliud duaꝝ:addita ẽ equalis ꝗ̃titas:qꝛ addita est vna hora:qḋ est tps nãle:qḋ requirit̃ ꝑ lõgitudinẽ spacij. Nõ ergo remanebit ibi vlterius ꝓportio dupla.quinqꝫ enim nõ sunt duplũ ad tria.nõ est ergo simpl'r verũ:qḋ phs simpl'r asserit:videlꝫ ꝙ sit ꝓportio tpoꝝ fꝫ ꝙ est ꝓportio medioꝝ:nec haberet̃ mens phĩ si quis diceret ꝙ sufficit vt ꝯdicat̃ antiquis phis:ꝙ sola tẽpora retardationũ se hñt fm ꝓportionẽ medioꝝ. Nam in fine hui⁹ capituli plane cõcludit phs:ꝙ ecõtrario debebant phi dicere:qꝛ si esset vacuũ:nõ eẽt motus. vult enim plane ꝙ in vacuo nõ sit mot⁹ in tempore:ꝛ ꝑ ꝯñs ꝙ nõ sit ibi mot⁹.cõtradic̃ ꝫ h̃ positio mẽti phĩ.negat ẽt ꝓpositiones ꝑ se notas:ꝑ se.n.notũ ẽ ꝙ si tãta virtus mouet tãtũ mobile ꝑ tãtũ spaciũ in tanto tpe:dupla virt⁹ mouebit illḋ mobile per eũdẽ mediũ in medietate tẽporis. Cum igitur maioritas virtutis solũ scindat magis mediũ:nõ aũt faciat magis appropinquare terminos ꝑ ipsam distãtiã terminoꝝ:fm ꝙ hꝰ:nõ requirit̃ tps:qꝛ tunc falsa esset ꝓpositio p̃dicta.sic.n.in supiori q̃one declarabat̃ ꝑ ꝗ̃titatẽ spacij nõ reqrit̃ tps:sed ꝑ resistẽtiã:vel propter ĩpedimentũ medij. ¶ Dicam⁹ ꝫ cũ Cõmentatore ꝙ tps in motu reqri põt:vel ꝓpter resistentiã mobilis: vel ꝓpter ĩpedimẽtũ medij:vel ꝑ vtrũqꝫ.eo enim ĩpo ꝙ mobile ẽ distinctũ a motore:ꝛ est in loco alio ꝙ̃ motor velit:intelligitur ibi esse quedam resistentia: ꝛ requiritur ibi tps. in motu aũt grauium ꝛ leuiũ solum reqrit̃ tps ꝑ medij ĩpedimentũ:non aũt ꝓpter resistẽtiã mobilis. nã cũ ibi ratio mouẽdi sit forma:qꝛ forma abstracta ab hꝰ corpibus grauibus vel leuib⁹ nõ remanet nisi mã:qꝛ mã nõ hꝫ ꝑ qḋ resistat ĩ motu taliũ:nõ põt reqri tps ꝑ resistẽtiã mobilis:sed solũ ꝑ ĩpedimẽtũ medij. ꝙ si dicat̃ ꝙ abstracta forma:si nõ remanet mã cũ qualitate:qꝛ q̃litas se tꝫ ex ꝑte forme:remãet tñ mã cũ ꝗ̃titate:qꝛ ꝗ̃titas se tꝫ ex ꝑte mãe:vt pꝫ ꝑ habita.ꝑ h̃ nõ reqret̃ ibi tps.nã:vt ostẽsum est:rõne ꝗ̃titatis nõ reqritur tps in motu:nisi ĩpaꝫ ꝗ̃titatẽ comitetur aliq̃ ꝯria dispõ:vl' aliq̃ resistẽtia:vl' aliqḋ aliḋ ĩpedimtũ. Cũ ꝫ q̃ritur vtrũ in vacuo eẽt mot⁹ ĩ nõ tpe:dñꝫ ꝙ mot⁹ ille:qui requirit tps solũ ꝓpter resistẽtiã medij:cuiusmodi est mot⁹ grauiũ deorsum:vel leuiũ sursũ:fieret in nõ tpe. Sꝫ mot⁹ ille:qui reqrit tps ꝑ resistẽtiã mobilis:cuiusmodi est mot⁹ violent⁹:ꝛ mot⁹ aĩaliũ:vel mot⁹ eoꝝ que mouent̃ ex se:hꝰ mot⁹ fieret in tpe. in talib⁹ enĩ mobile vel ĩtelligit̃ eẽ actu distictũ a motore:vel ĩtelligit̃ habere aliq̃ resistẽtiã ad ipsam:ꝛ requirit̃ ibi tps nõ solũ ꝓpter ĩpedimentũ medij:sed ꝓpter restentiam mobilis. Signãter ergo phs volens ꝓbare in vacuo nõ esse

motū: ꝙ ille motus nō fieret in tpe arguit: de grauib⁹ ꝛ leuibus. qꝛ vt dictuz est: mot⁹ taliū in vacuo fieret in īstanti. Qđ vo obyciebaᷓ: qꝛ si ponaᷓ aliqđ mobile pertransire aliqđ spaciū vacuū: aut in eodē instanti erit in medio ꝛ in fine illius spacij: aut in alio ꝛ alio īstanti. dicenduz ꝙ de hac maᷓ capitulo de tpe. diffusius tractabimus. ibi enim ostendem⁹ si fieret motus in vacuo: quo modo fieret in instanti. Lectio. XIIII.

T.c.72. Sed si per subtilissimuz in tanto taliq̃ʒ ferē per vacuū: oēm exupat rōnē.

¶ Postq̃ʒ ex parte velocitatis ꝛ tarditatis in motu ꝓbauit ph̄s q̃si ostēsiue: ꝙ nō ē dare vacuū ꝓp motū: qꝛ tūc nullus eēt mot⁹. ī pte ista ꝓbat hoc idē demōstratōe ducente ad impoſe. Circa qđ tria facit: qꝛ ꝑmo ꝑmittit q̃ʒdaʒ suppositionē necessariā ad ꝓpositū. scđo suppositiōe ꝑmissa exponit in terminis demōstratiōeʒ quā intendit. 3°. sumatiʒ ꝛ breuiter assignat cām coꝝ q̃ dixerat. scđa ibi. (Sit. n. z. vacuum.) tertia ibi. (Sʒ sic̄ in cap.) Dicit ḡ. ꝙ si aliqd ꝑ subtilissimū mediū fertur in tanto in taliq̃ʒ tpe: si ferē per vacuuʒ oēʒ exuperat rōnē: est ḡ suppositio: ꝙ nūq̃ʒ pōt esse mediū adeo subtile: qn per vacuū feraᷓ citi⁹ q̃ʒ per tale mediū. Naʒ cuʒ vacuuʒ ad remotionē impedimenti exuperet oēm rōnem pleni: qꝛ semꝑ est min⁹ ipeditiuuʒ vacuū q̃ʒ plenuʒ: semꝑ in minori tēpore feretur aliqd in vacuo q̃ʒ in pleno. ¶ Notādū aūt: ꝙ hec suppositio est necessaria ad demōstrationē sequētēʒ. vult enī ph̄s ondere: ꝙ vacuū transeaᷓ in nō tēpore: ꝙ si qs diceret vacuū trāsiri in tpe: duceᷓ ad hoc īconueniens: ꝙ in eq̄li tpe transibiᷓ vacuū ꝛ plenū: qđ est ipoſe: vt pʒ ꝑ suppositionē predictam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit enim. z. vacuū. Equale aūt magnitudine his que sunt. b. ꝛ. d. A. ergo si trāsibit ꝛ mouebitur per. z. i quodā qnidē tpe in quo est. i. Sed in minori q̃ʒ in quo est. e. ꝛ hanc habebit rōnē vacuū ad plenū. Sed in tāto tpe q̄tū est in quo est. i. ipsum. a. trāsibit subtili⁹. Trāsibit autē: si sit aliquid subtilitate differens ab aere in quo ē. z. ꝭm hāc ꝓportionē quā tēpus hʒ in quo est. e. ad tempus in quo est. i. Si. n. in tanto subtilius est corpus in quo est. z. ipso. d. q̄tum exuperat. e. ipʒ. i. transibit ecōtrario velocitatē in tm̄ q̄tū. i. ipsuʒ. z. qđ est. i quo ē a. si feratur. Si igiᷓ nullū sit corp⁹ in quo ē. z. adhuc velocius ꝑtransibit qm̄ ꝛ sicut prius: sed erat in quo est. i. Quare in equali tpe transibit qđ est plenuz ꝛ vacuū. Sed impoſe est.

T.c.73. ¶ Manifestuz est igitur ꝙ si fuerit aliquod tempus in quo per vacuū aliqđ fertur: accidet hoc impossibile. In eq̄li. n. accipet: ꝛ qđ plenum est trāsire aliqđ: ꝛ vacuuʒ. Erit. n. aliqđ analogū corp⁹ alteꝝ ad alteꝝ vt tp̄s ad tp̄s.

¶ Postq̃3 phs ꝓbauit q̃ nõ ↄtingit dari pᵐo mutatũ esse demonstratione sumpta ex parte tpis.in pte ista ꝓbat h̃ idẽ demõstratiõe sumpta ex parte mobilis.d.q̃ neq3 itaq3 in eo q̃ mutatũ est.i.in ipso mobili est q̃ p̃us mutatũ est.nam ex parte ipsius mobilis ꝓbari põt q̃ nõ est dare pᵐ mutatũ eẽ.sit eni d.3.q̃dam pars ipsius mobilis.d.e.qd̃.i.que pars pᵐ mutatũ ẽ.i.que ponitur pᵐ mutatũ esse.demõstratuz est eni3 q̃ omne qd̃ mutatur.i.omne mobile eẽ diuisibile. si igitur.d.3.que est pars ipsius mobilis.d.e.pᵐo mutata est:in aliquo tpe primo mutata erit:sit aũt tp̃s in quo primo mutatũ est.d.3.in q̃ est.t.i.si ergo in omni.i.in toto tempore.t.i.mutatum est.d.3.in medio tpe minus ẽ: qd̃ mutatũ est q̃3 sit.d.3.⁊ hoc prius mutatũ erit ipso.d. 3.semp.n.pars est minor toto:⁊ semp cõtingit prius mutatũ eẽ in parte q̃3 i toto.Cuz ergo.d.3.⁊ q̃libet cõtinuum sit diuisibile in ĩfinitũ sic meᵐ ipsius.d.3.p̃us mutatum est ipso toto.d.3.sic iterum h̃ aliud:videl3 dimidium dimidij pᵐo mutatũ erit:⁊ adhuc illo dimidio dimidij primo mutatũ erit alterum.i.altera pars minor illa:⁊ sic semp in infinitũ:q2 non cõtingit euacuare diuisionem cõtinui.q̃re nihil ipsius mutantis.i.ipsius mobilis erit qd̃ pᵐo mutatũ est.Addit aũt q̃si epylogãdo. q̃ maniᵐ est ex his que dicta sunt:q̃ neq3 in eo qd̃ mutatur.i.neq3 ex pte mobilis:neq3 in tpe in quo mutatur .i.neq3 ex parte tpis.sit.i.ↄtingit nihil p̃us mutatũ esse.

Dubitaret forte aliqs.q2 videt̃ h̃ demõstratio fundari sup falso.supponit.n.q̃ p̃us sm tp̃s moueat̃ pars mobilis q̃3 totũ:vtputa si totũ moueť in toto tpe:medietas mouebit̃ adhuc p̃us:q2 mouebit̃ in medietate tpis:⁊ q2 nõ est euacuare diuisionẽ ↄtinui:ideo arguit q̃ ex parte mobilis non est dare primo mutatũ esse.videť aũt esse falsũ qd̃ supponit̃:q2 ex quo mobile est qd ↄtinuũ simul mouebit̃ totũ ⁊ pars. ¶ Dicendũ q̃ motus põt cõparari ad mobile dupl'r:vel s3 se: vel vt cõparat̃ ad spatiũ qd̃ acq̃rit.si cõparat̃ motus ad mobile sm se:sic si mobile est qd cõtinuũ:simul mouet̃ totũ ⁊ singule partes eius.si vero accipiat̃ motus mobilis p cõparationẽ ad spatiũ:sic est ibi successio:q2 mobile prius acq̃rit aliquid de spatio sm partes eius q̃3 sm se totum. Nam mobile nõ simul sm se totum derelinquit illud:in quo prius erat:nec simul sm se totũ acquirit locum in quo non erat:sed successiue ⁊ per partes fit acq̃sitio:⁊ q̃tũ ad hoc h3 veritatẽ qd̃ dicitur:q2 si totuz aliqd̃ moᵘ mutet totũ locũ suũ in toto tpe:medietatẽ illi⁹ loci mutabit i meᵒ tpis:⁊ sic deiceps. ¶ Tũc sequit̃ illa ps.

¶ Ipsum autem qd̃ mutatur: aut sm qd̃ mutatur:non etiam similiter se habebit:tria nãq3 sunt que dicunt̃ sm mutationem:qd̃ mutat̃: ⁊ in quo: ⁊ in qd̃ mutatur: vt homo:tẽpus: ⁊ album:homo quide3 igitur ⁊ tempus diuisibilia sunt.De albo autem alia ratio est:ꝓpter id qd̃ sm accñs oĩa diuisibilia sunt:cui eni3 accidit album aut quale:illud diuisibile est.

¶ In qua vt dicebat̃ ostendit q̃o est dare primo mutatum esse ex parte rei:que per motũ acquiritur.Circa qd̃ duo facit:q2 primo ait q̃ non sil'r est diuisibile mobile ⁊ tẽpus ⁊ res acquisita per motũ.scd̃o ostẽdit q̃o ex parte rerũ acquisitarum per motuz est dare in motu primo mutatũ eẽ:⁊ ñ ẽ ibi dare pᵐ mutatũ eẽ ibi.(Qm̃ q̃cũq3.) Dicit ẽ q̃ ipsum qd̃ mutatur.i.ipsum mobile:aut sm illud qd̃ mutat̃.i.sm rem quã per motum acquirit non similiter se habebit. Na3 ipse res acquisite per motuz nõ sunt semp similiter diuisibiles: ⁊ etiam ipsum mobile nõ est semp simil'r diuisibile:sicut res acquisite per motum:iõ subdit q̃ tria nãq3 sunt que dicunt̃ sm mutationem.s.qd̃ mutatur.i.mobile:in quo mutat̃ .i. tp̃s:⁊ id in qd̃ mutatur.i.res que p motũ acq̃ritur:vt homo est qd̃ mutat̃.tempus in quo mutat̃:⁊ albũ est id in qd̃ mutat̃: vel est id qd̃ per motum acquiritur:homo quidem igit̃ ⁊ tempus sunt diuisibilia sm se.de albo autem est alia ratio ꝓpter id qd̃ sm accidens oĩa.i.omnes h⁹ qualitates diuisibilia sunt. Nã album aut quale diuisibile est per accidens:videlicet q2 diuisibile est illud:cui accidit albũ aut quale. ¶ Notandu3 autem q̃ ideo phs h̃ premisit q̃ subiectum qd̃ mouetur:⁊ tempus ĩ quo aliquid mouetur sunt diuisibilis per se. Res v̂o ad quas est motus possunt esse diuisibiles per accñs:vt oñdat q̃ in motu non esset dare primo mutatũ esse.nõ sil'r cõtingit hoc probare ex parte rerum ad quas est motus:⁊ ex parte mobilis ⁊ temporis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam queciiq3 diuidunt̃ sm seipsa diuisibilia ⁊ non sm accidẽs:neq3 in his erit primũ:vt in magnitudinibus:sit eni in quo est.a. b.magnitudo:motu3 autem sit ex.b.c. primũ igitur si quidem indiuisibile erit.b.c.ĩpartibile impartibili erit coniunctum:si vero diuisibile erit aliquid ipso.c.prius in qd̃ mutatuz ẽ: ⁊ in illo iterum aliud: ⁊ sic semp ꝓpter id qd̃ nullo modo deficit diuisio i.b.si primo motũ sit a.b.in.c.Quare non erit primũ in qd̃ mutatum est:similiter aute3 ⁊ in q̃titatis mutatione: ⁊ hec quidem.n.in cõtinuo est:manifestũ igitur q̃ in sola mutatione que est sm qualitatem cõtingit indiuisibile per se esse.

¶ Ostendit q̃o sm res ad quas est motus est dare pᵐo mutatũ esse:⁊ q̃o nõ est ibi dare pᵐo mutatum esse.d. q̃ q̃cũq3 diuidunt̃ ⁊ sunt diuisibilia sm seipsa:nõ sm accidens neq3 in his est dare primo mutatu3 esse:vt p3 in magnitudinibus que mouent̃ sm locum.sit enim ma-



gnitudo.i.mobile in quo est.a.b.hoc aũt mobile sit motum ex.b.in.c.p^m quidem igit̃ si indiuisibile est.b.c.erit ĩpartibile cõiunctuz impartibili:qd est inconueniens. si vero erit diuisibile.b.c.erit aliquid p̃us ipso.c.in quo mutatũ est:q2 erit dare aliqd signũ ꝓpĩquius ipsi.b.qd sit.c.τ in illud signũ p̃us mutabit̃ mobile q̃z in.c.τ iterũ erit dare aliud signũ ꝓpinquius illo:τ sic semper in ĩfinitum propter id qd nullo mõ deficit diuisio continui. q̃re in loci mutatione rõne spacij acquisiti non erit ibi assignare in qd p̃mo mutatũ est.silr aũt est τ in mutatõe q̃ntitatis que est diuisibilis per se τ per se non est ibi dare primo mutatũ esse. Nam hec mutatio est in cõtinuo: idest fm cõtinuũ.manifestuz est igit̃ ꝙ in sola mutatõe que est fm qualitatem:cõtingit aliqd esse ĩdiuisibile ꝑ se.diuisibile aũt per accñs.de mutatione autem que est ĩn suba:non facit mentionẽ:q2 in suba ꝓprie non est motus:τ per ꝯñs fm ꝙ hoc nõ est ibi dare prius τ posterius. superfluũ ergo videt̃ esse ꝙ queratur vtrũ ibi sit dare p̊ mutatũ esse ex pte p̊ncipij mot^9:cũ ibi neget̃ esse mot^9.

Dub.2^a **Dubitaret** forte aliquis:vñ sequit̃ hec ꝯña:ꝙ si b.c.est quid impartibile:ꝙ ĩpartibile est cõiunctuz impartibili. ¶ Dõm ꝙ spaciuz in quo est motus:τ omne cõtinuuz terminat̃ ad aliquid ĩdiuisibile:ita ꝙ illud a quo incipit motus:in quo non est motus nec mutatũ esse intelligit̃ esse aliquid ĩdiuisibile:τ ad hoc indiuisibile copulatũ est id in quo est motus. Si ergo.b.qd ponit̃ esse id in quo est mot^9:esset quid indiuisibile:sequeret̃ ꝙ ĩdiuisibile esset copulatũ ĩdiuisibili:qd est incõueniens.Declarat̃ aũt a litera quibusdã hec ꝯña.dicunt.n.qua rõne in vno ĩpartibili posset eẽ mot^9: pari rõne posset esse in alio ĩpartibili:esset ergo motus ꝯpositus ex impartibilibus:qua ergo rõne motus esset ꝯpositus ex ĩpartibilib^9:magnitudo ẽt ꝯposita esset ex ĩptibilib^9:qd eẽ ñ possz:nisi ĩptibile ꝯiũctũ eẽt ĩptibili.

Dub.3^a **Alterius** forte dubitaret aliqs:vtrũ in motu ĩ q̃litate sit dare p̃mũ mutatuz esse. ¶ Dõm ꝙ de hoc in de q̃one diffusius diximus:tñ q̃ntũ ad p̃ns spectat dĩce possumus: ꝙ q̃litas que per motũ alterationis ĩducit̃:duplr̃ ꝯsiderari põt:q̃ntũ ad eẽntiam:τ q̃ntuz ad esse:si ꝯsideret̃ q̃ntum ad essentiã τ per se:sic est quid ĩdiuisibile:sed si ꝯsideret̃ q̃ntum ad esse qd hz in mã:sic est diuisibile.p̃mo ergo mõ non hz locũ qd q̃rit̃:cũ ĩdiuisibilis sit per se loquendo essentia albedinis:τ cuiuslibet q̃litatis nõ est ibi dare prius τ posteri^9:q2 non ẽ ibi assignare partem post partem.Si v̊o ꝯsideret̃ qualitas scdo mõ:videlz q̃ntũ ad eẽ qd hz in mã:sic per accñs cõpetit ei diuidi.Sumit̃.n.hec diuisio dupliciter:fm intensionem τ extensionem.ꝓut enim qualitas in mã existit vtroq3 mõ diuidit̃. Naz ꝓut subm in quo hz eẽ albedo vel alia qualitas:hz esse magis vel minus extensuz:τ q̃litas illa est magis τ min^9 extensa:τ diuidit̃ per maiorẽ τ minorẽ extensionẽ:sed ꝓut hoc subiectũ ẽ magis τ minus dispositũ:qualitas fundata in ipso est magis τ min^9 ĩtensa:τ diuidit̃ ꝑ maiorẽ τ minorẽ ĩtensionẽ. ¶ Duob^9 ergo modis ꝑ accñs diuidit̃ q̃litas:fz extẽsionẽ:τ fz ĩtẽsionẽ.tertio aũt mõ ꝑ se nõ diuidit̃:videlz fm eẽntiaz: illis aũt duob^9 modis.qb^9 ꝑ accñs q̃litas diuidit̃:est ibi accipere successionem:τ est ibi accipere partẽ post partem.potest.n.cõtingere ꝙ fz extensionẽ ĩducat̃ q̃litas ĩ mã fz ptẽ:vt ĩ calefactiõe aeris p̃us ꝯtigit calefieri vnã ptẽ:τ postea aliã:τ sic deinceps.Sic etiã q̃ntũ ad ĩtẽsionẽ τ remissionez est ibi successionẽ accipere:q2 hoc q̃litates p̃us introducunt̃ in mã sub esse minus intenso:τ postea sub eẽ magis intenso donec tota eo2 gño sit ꝑfecta.Cuz ergo queritur vtrũ in talibus motibus sit dare p^m mutatum esse:dici põt ꝙ tota tã q̃re in motu nõ est dare p̃mo mutatũ esse:est quia mot^9 est qd cõtinuuz.ꝓut ergo in talibus motibus reseruat̃ cõtinuitas.nõ est ibi dare primo mutatũ eẽ.Sed ꝓut nõ hz ibi esse cõtinuitas:quodãmodo est ibi dare p̃mo mutatũ eẽ.nõ aũt ꝓprie ẽ ibi ꝯtinuitas in dictis motib^9:ꝓut hoc q̃litates diuiduntur fm extensionem: vtputa ꝓut successiue ĩtroducunt̃ in mã fm diuersas partes subiecti. Nam si aliqd calefactibile debeat calefieri:nõ oportet ꝙ aliqd calefactibile prius colefiat fm mediũ q̃z fm totũ:τ adhuc p̃us fz medietatem medietatis:τ sic in ĩfinitũ:ita ꝙ in tali motu secundum partes subiecti sit continuitas:ergo non sit assignare ibi p̃mo colefactũ esse opz dicere ꝙ sit aliqua pars aeris que sil' tota colefit. Nam fm extensionẽ ẽ dare minimuz calidũ:vt Cõmen.plane videt̃ velle:hec ergo mõ debemus intelligere motũ in q̃litate:ꝙ mã continue disponitur ad aliq̃ q̃litatem suscipiendam:τ cũ ẽ sufficiẽter disposita:sil' introducit̃ q̃litas illa in aliqua pte subiecti:τ postea ꝯtinue disponit̃ ꝑs alia: donec ibi ĩtroducat̃ qualitas illa:τ sic deinceps ẽ ibi talis alteratio donec tota gño sit ꝯpleta.est ergo ibi assignare aliq̃ partẽ subi primo calefactũ.nõ ergo sic est in motu fz q̃litatem sicut in motu fm locũ. Nam in motu locali cõtinue ꝑtransitur spaciũ semper p̊ ꝑ partẽ minorẽ q̃z ꝑ ptẽ maiorẽ:nec est ibi assignare ptẽ p̃mo ꝑtransitam:q2 nulla pars ẽ ibi ita modica:cuius medietas nõ fuerit p̃mo ꝑtransita q̃z totũ.Sed in colefactiõe τ in alijs alterationibus nõ sic.nam lz nulla pars spatij sil' ꝑtranseat̃: aliq̃tũ pars calefactibilis sil' calefit.nam saltem opz sil' calefieri tantã ptez calefactibilis:ꝙ possit ibi reseruari forma caloris:nõ g̊ cõtinue successiue colefiunt partes sbi: sed est ibi assignare ptẽ aliq̃ sil' totã calefactaz.q̃re ꝓut hz diuidi forma fm extensionẽ sbi in motu alteratõis: nõ est ꝯtinuitas:q2 cõtinuũ fm ꝙ hoc ẽ diuisibile in ĩfi^m fz hoc mot^9 fm ptes subi nõ est diuisibilis in infi^m:fz est dare qd ẽ p̃mo calefactũ:vt ptẽ illã que sil' tota calefit. Sz si cõsideret̃ hoc mot^9 q̃ntũ ad dispõnẽ mãe:vel q̃ntũ ad ĩtensionẽ τ remissionem ip̃ius forme:sic est ibi aliq̃ cõtinuitas:q2 mã ꝯtinue disponit̃ ad susceptionẽ talis forme: τ hoc forma ꝯtinue põt ĩtendi τ remitti in mã:τ q2 hoc mõ est ibi aliq̃lr ꝯtinuitas:saluare possum^9 ꝙ non sit ibi dare p̃mo mutatum eẽ:vt si aliqua dispõ mãe fit in aliq̊ tpe:q2 illud tp̃s ẽ diuisibile in ĩfinitũ ante oẽ dispositũ eẽ p̃cesserũt ĩfinita disposita eẽ:q2 dispositũ esse in medietate illius tpis p̃us ẽ q̃z dispõ facta in toto tpe: τ adhuc p̃us ẽ dispositũ eẽ in medietate medietatis illius tpis:τ q2 tp̃s ẽ diuisibile in ĩfinitũ fm dispõnẽ mãe: vel fm ĩtensionem τ remissionẽ forme:non ẽ assignare p̊ alteratũ eẽ.pz g̊ ꝙ rõne eẽntie forme ñ hz locũ qd q̃ritur:ꝓut ãt diuidit̃ for^a extẽsiõe mãe ĩ alteratõe assignari p̃t p̃mo alteratũ eẽ.ꝓut ãt diuidit̃ ꝑ ĩtensionẽ τ remissionẽ:ẽ ibi quodãmõ motus cõtinu^9:τ nõ est ibi assignare primo mutatum esse.

Def. p^m calefactũ eẽ. Cõ. 49.


Alteri^9 forte dubitaret aliqs:vtrũ in motu in q̃ntitate sit assignare p̊ mutatũ eẽ. ¶ Dõm ꝙ augmẽtũ τ diminutio duplr̃ p̃nt fieri.p̊ ꝑ rarefactionẽ τ cõdẽsationẽ:τ sic nõ ẽ assignare in augmẽto p̊ mutatum eẽ:q2 rarefactio põt eẽ mot^9 cõtinuus.põt.n.aliqd in aliquo tpe ꝯtinue rarefieri:q2 in toto tpe totalr̃ erit rarefactũ:τ in me^o tpe medio mõ erit rarefactũ:τ sic deinceps poterit diuidi rarefactio fz diuisionẽ tpis.q̃r ñ erit ibi assignat̃ p̊ rarefactuz eẽ:τ ꝑ ꝯñs nec p̊ augmentatũ eẽ.Si v̊o fiat augmẽtuz nõ ꝑ rarefactionẽ:fz ꝑ ꝯuersionẽ alimẽti:sic lz ꝑ se q̃ntitas sit diuisibilis in ĩfinitũ: q2 ad hoc motũ augmẽti ꝯcurrit gñatio τ alteratio:ꝑ accidẽs erit Dub.4^a

ibi quodãmodo assignare primo augmentatũ eẽ. Nam sicut in alteratione opz dare aliq̃ ptem totaz simul alteratã: sic cũ cõuertiẽ alimentũ in carnẽ: opz q̃ aliq̃ q̃titas alimenti tota sil' cõuertaẽ in carnẽ. q̃r aliq̃ mõ est ibi assignare p̃mo augmentatũ esse. si ergo motus augmenti: vel generatio forme subalis: vl' etiã alteratio: si cõsiderenẽ q̃titũ ad dispõnẽ p̃cedentẽ introductionẽ forme: est ibi assignare q̃dãmõ motum cõtinuũ. Naz lz aliq̃ pars aeris tota sil' suscipiat formã caloris: cõtinue tñ disponiẽ mã ad susceptionẽ talis forme. sic ẽt lz aliq̃ pars alimẽti tota simul cõuertaẽ in carnẽ: cõtinue tñ disponiẽ mã ad talẽ cõuersionẽ: sic ꝛ in gnõne subẽ: lz forma subal' tota sil' itroducaẽ: cõtinue tñ disponiẽ mã ad h̃ formã. q̃r in oĩb' talibus possum' saluare q̃ nõ est ibi dare p̃m mutatũ eẽ rõne dispõnis ãnexe: imo q̃ p̃pter talẽ dispõnẽ reseruatur in talibus rõ mot': simpl'r cõcedere possum' q̃ ĩ oĩb' talib': vt ibi hz eẽ mot': ꝛ vt trãsmutatio taliuz mẽsuraẽ tpe: nõ ẽ ibi dare p̃ mutatũ eẽ. Lec. XII.


T.c.50 Quoniam aũt oẽ q̃ mutaẽ in tẽpore mutaẽ. dicitur aũt in tpe mutari ꝛ sicut in primo: ꝛ sicut s̃m alterum: vt in ãno: q̃ in die mutaẽ: in quo p̃mo tpe mutaẽ q̃ mutaẽ: ꝛ in quolibet h' necesse mutari: manifestum igitur ꝛ ex diffinitiõe: primum enim sicut diximus.

¶ Postq̃ phs determinauit de ordine ipsaꝝ mutationũ: ꝛ oñdit quẽ ordinẽ hñt ipsa mutata esse. in pte ista vult oñdere quẽ ordinez hñt ipsa moueri. Circa q̃ duo facit: q̃ p̃mo declarat q̃dã necessariũ ad p̃positũ. scdo exequitur de intento ibi. (Ostẽso aũt h.) Declarat. n. p̃mo q̃ oẽ illud q̃ moueẽ in toto aliquo tpe p̃mo: q̃ moueẽ in quolibet illius tp̃is. Circa q̃ duo facit. s̃m q̃ dupl'r h ostendit. 2a ibi. (Sz ex his manifestũ.) Dicit ergo. q̃ oẽ q̃ mutaẽ in tpe mutaẽ: sed diciẽ aliq̃d mutari in tpe dupl'r: sic ĩ p̃: ꝛ sic s̃z alteꝝ. i. s̃z partẽ: vt dr̃ aliq̃d mutari in ãno: q̃ mutaẽ in die q̃ est ps anni: q̃ g̃ mutaẽ ĩ tpe ĩ q̃ mutaẽ primo: necesse est ipsum mutari in q̃libet h'. i. in q̃libet pte illi' tp̃is. manim ẽ igiẽ h ex diffõne ipi' p̃mi: Sic. n. dixim' ꝛ diffinim' p̃m: videlz q̃ illud ẽ p̃ tale q̃ s̃m q̃libet ei' ẽ tale. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.51 ¶ Sed ꝛ ex his manifestũ. sit. n. in quo primo moueẽ: q̃ moueẽ. x. r. ꝛ diuidaẽ s̃m. k. oẽ. n. tp̃s diuisibile est in. x. k. tpe aut moueẽ: aut nõ moueẽ: ꝛ lreꝝ in. r. k. silr. si q̃dez igiẽ in neutro moueẽ: q̃escet itaq̃ in omni: moueri. n. in nullo huiusmodi q̃ moueẽ ĩpoẽ: si vero in altero solũ moueẽ: non vtiq̃ in primo moueẽ: q̃ est. x. r. s̃m. n. vtrũq̃ motus est: necesse est igiẽ in quolibet ipsius. x. r. motũ ipsum esse.



¶ Declarat h idem in termis. cõtinueẽ aũt sic. nõ solũ pz ex diffinitione ipsi' p̃mi q̃ nihil mouetur in aliquo tpe p̃mo: nisi moueaẽ in quolibet eius. Sed ex his dicẽdis est hic manim: sit. n. tempus in quo p̃mo moueẽ id q̃ moueẽ. i. mobile. x. r. i. h' tp̃s vocatur. x. r. diuidaẽ aũt h' tp̃s s̃m. k. nam oẽ tp̃us diuisibile est. igitur in. x. r. tempore: que est pars predicti tp̃is: aut moueẽ mobile aut nõ moueẽ: ẽt in. k. r. que ẽ alia ps illius tp̃is. aut. sup. moueẽ mobile: aut nõ



moueẽ. Si quidẽ igiẽ simpl'r moueẽ: in neutro. i. in neutra parte: quiescet in omni. i. in toto tpe: q̃ impossibile ẽ q̃ moueẽ in aliq̃ tpe moueri in nullo. i. in nulla pte illius tp̃is: non igiẽ põt esse q̃ aliquid moueaẽ in tpe. x. r. ꝛ tñ moueaẽ in neutra pte ipsius. vel ergo mouebiẽ ĩ vtraq̃ vel in altera solum. Si v̊o moueẽ in altero solum. i. ĩ altera parte tñ: nõ vtiq̃ moueẽ in p̃mo s̃m tp̃s q̃ est. x. r. p̃mo. n. vtrũq̃. i. s̃m vtrãq̃ ptez illius tp̃is mot' est: si debet esse motus in eo primo: necesse ẽ igitur motum eẽ in quolibet ipsius. x. r. si in. x. r. debeat aliquid primo moueri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ostẽso aũt hoc manifestũ ẽ q̃ omne q̃ mouẽ: neceẽ est motũ eẽ prius: si eni in. x. r. primo tpe. k. l. mota est magnitudo. Immediate q̃ eque velociter moueẽ: ꝛ sil' iceptũ est: mediuz erit motũ: si aũt eque velox in eodẽ tpe motuz est aliq̃d: ꝛ alteꝝ: neceẽ eãdẽ motã eẽ magnitudinẽ: q̃re erit motũ prius q̃ moueẽ. T.c.52. ĩ figura p̃cedẽti

¶ Descẽdit ad declarãdũ p̃positũ oñdẽs quẽ ordinẽ habent ipsa moueri ad ipsa mutata esse. Circa q̃ duo facit: q̃ p̊ ostẽdit q̃ ante omne moueri p̃cedit mutatũ eẽ. 2o declarat q̃ ẽtẽ eõ. vz. q̃ ante oẽ mutatũ eẽ p̃cedit moueri ibi. (Nõ solũ aũt.) Circa p̃m tria facit. s̃z q̃ tres rõnes adducit ad p̃positũ. 2a ibi. (Amplĩ' aũt ꝛ si in oĩ.) 3a ibi. (Amplius aũt si cõtinue.) Dicit ergo. q̃ oñso h. vz. q̃ moueẽ in aliquo tempore p̊. q̃ moueẽ in quolibz ei': manifestũ est q̃ oẽ q̃ moueẽ necesse ẽ motũ eẽ p̃us. i. manifestũ est q̃ añ oẽ moueri precedat mutatũ esse. Si. n. in. x. r. tpe p̃mo ip̃m. k. l. i. per ipsum. k. l. vt hz alia lrã: siue p ip̃z spaciũ mota ẽ magnitudo. i. mobile aliq̃: ĩ medietate illius tp̃is magnitudo q̃ eque velociter moueẽ. sup. mouebiẽ in mete ipius spacij. iõ subdit. q̃ q̃ sil' inceptũ est moueri hui' velocis ꝛ illi': cũ vnũ erit motũ per medium spaciũ: aliud. sup. eque velox motũ est per mem spacium: iõ ait: q̃ si eque velox in eodẽ tpe: q̃ in eadem medietate tp̃is. x. r. motũ est aliq̃d: q̃ motũ est per mediũ spacij. k. l. ꝛ alterum. i. s̃m alteruz mobile eque velox necesse est eãdẽ magnitudinẽ. i. eãdẽ medietatẽ spacij motuz eẽ. quare q̃ moueẽ. i. moueri: p̃us erit motũ ẽ: oz. n. q̃ ipsum moueri p̃cedat mutatũ esse: q̃ mutatũ esse s̃m mediũ spacij p̃cedit moueri s̃m totũ spaciũ: etiã s̃m mutatum eẽ s̃z minorẽ partẽ spatij p̃cedit ipsuz moueri s̃z maiorẽ ptẽ spatij. q̃re cũ spaciũ ꝛ vl'r oĩs magnitudo sit diuisibilis in ifim: sp añ oẽ moueri ẽ p̃us aliq̃ mutatũ eẽ.

Dubitaret forte aliq̃s cũ h demrõ leutori mõ haberẽ si fieret in eodẽ mobili: q̃ tunc habereẽ statiz intentum. Nam si aliq̃ mobile moueẽ in toto tpe in toto spacio: prius mouebiẽ in medietate illius spacij: q̃ mouebiẽ in medietate tp̃is: ꝛ q̃ sp ptem minorem prius ptransibit: cũ cõtinuuz sit diuisibile in infinituz: sp ante oẽ moueri in maiori pte spatij p̃cedet mutatũ eẽ in minori. Si ergo taz de facili habeẽ intentum per vnũ mobile: q̃r phs hãc demrõnẽ posuit ĩ duobus mobilib'. ¶ Dõz q̃ s̃m Cõmẽtatorem ea que sunt in poa inuestigare debem' per ea q̃ sunt in actu. Si igiẽ eẽt aliq̃ vnũ mobile motũ cõtinue p aliq̃ totũ spaciuz: ꝛ ĩ aliq̃ toto tpe: ĩ medietate illi' spacij nõ eẽt mutatũ eẽ in actu: sz in poa: q̃ in oĩ motu cõtinuo oĩa mutata eẽ sunt in poa: excepto vltimo mutato eẽ: vt g̃ in medietate spatij eẽt aliq̃ mutatũ eẽ in actu p̃ter illud mobile q̃ dz moueri per totũ spaciũ. k. l. in tpe. x. r. accepit aliud mobile eq̃ velox: q̃ nõ mouereẽ nisi p medietatẽ spacij: ita q̃ in medio spacio eẽt mutatũ eẽ ĩ actu. Si igiẽ illa duo Dub. p̃a Cõ.52.

mobilia sunt eq̄ velocia: ⁊ sil' incipiūt moueri: in eodem tp̄e trāsibunt eādez medietatē spacij: q2 p̄us transit medietas q̄z totū. p̄us est mutatū eē s3 meᵐ spacij q̄z moueri fm totū: ⁊ adhuc prius fm meᵐ dimidij: ⁊ sic in īfinitū. semꝑ ergo ante moueri erit dare aliqđ prius mutatum esse: in tm̄ ergo facit exēplificare de duobus mobilibus eque velocibꝰ: quoꝝ vnū sit motū fm meᵐ spatij: ⁊ aliud fm totum: vt in medio spacij cū sit mutatū eē in actu: arguat de mutato eē in poᵃ: q2 sꝑ ex eo qđ ē in actu inuestigandum est qđ est in poᵃ. q2 si fm mobile eq̄ velox p̄us est mutatū eē per mediū spatij q̄z moueat aliđ mobile eque velox secundum totum: ⁊ secundum aliud mobile eque velox prius erit mutatū eē ꝑ mediū spacium q̄z per totū. differt tm̄: q2 in codē mobili mutatum esse in medio spacio erit in poᵃ: sed in alio mobili est in actu. arguimus ergo ꝙ in medio spatio mutatū esse eiusdem mobilis: qđ est quid in potentia. precedit suū moueri fm totum: quia in alio mobili mutatum esse s3 medium spatij qđ est quid in actu: p̄cedit illud moueri fm spacium totū: ⁊ qđ dictum est de mutato esse s3 mediū respectu moueri fm totū: itelligendū est de omni mutato esse fm minorem partem respectu moueri fm maiorem: ita ꝙ semper ante moueri oportet precedere aliqđ mutatum esse. ❡ Deinde cum dicit.

T.c.53. ❡ Amplius aūt ⁊ si in omni tp̄e qđ est. x. r. motū eē dicimus: aut oīno in quolibet tp̄e: in accipiēdo vltimū ipsius tp̄is nūc: h̄. n. determinās est: ⁊ mediū ipsoꝝ nūc tp̄s est: ⁊ in alijs silr' dicet motū eē: medietatis aūt vltimū diuisio est: quare ⁊ in medio motū erit: ⁊ oīno in q̄libet partiū. semꝑ. n. silis diuisionis tp̄us est determinatū ab ipsis nūc: si igit̄ omne tp̄s diuisibile est: mediū aūt ipsoꝝ nūc tēpus est: omne qđ mutat̄ ifinite mutatū erit.

.X. .R. ❡ Adducit scđam rationē. d. ꝙ si in omni tp̄e qđ est. x. r. dicimus motum esse aliquid aut oīno in quolibet tp̄e. i. in qualibet parte illius temporis dicimus aliquid eē motū: op3 ꝙ hoc fit in accipiendo tēpus fm vltimū ipsius: qđ est nunc. hoc. n. s. tp̄s determinatum est per nūc: ⁊ mediū ipsoꝝ nūc est tp̄s. claudit̄. n. tp̄s īter duo nūc: ⁊ cū diuidit̄ tp̄s in duas partes semper īter ea ītelligitur esse nūc. tūc ḡ supplēda ē lr̄a: ꝙ si nūc est terminatiuū ⁊ diuisiuū tp̄is: sicut nūc qđ ē in medio temporis precedit nūc qđ est finis eius: ⁊ terminatiuū alicuius totius tp̄is: sic mutatū esse in medio tp̄e precedit moueri in toto tp̄e: ⁊ qđ dictum ē de medio tempore ⁊ de toto: intelligendū est de alijs ptibus temporis: iđ ait: ꝙ ⁊ in alijs partibus temporis similiter dicitur motum esse. i. mutatū esse. diuisio aūt medietatis est vltiᵐ. i. fm vltimū ⁊ fm ipsum nūc. Sicut. n. aliquod totum tempus diuidit̄ in duas ptes copulatas per ipsum nūc: ⁊ mutatum esse in illo medio tp̄e precedit moueri fm totum: quia nunc terminans medium tempus precedit nunc qđ est terminatiuum totius. Sic etiam q2 mediū tempus potest diuidi in duas ptes: ⁊ vltimū nūc terminans mediū diuisi est prius q̄z nunc terminans ipsam medietatem: oportet ꝙ mutatū esse fm medietatē medietatis temporis sit prius q̄z moueri s3 medietatē ipsius: ⁊ q2 tēpus est diuisibile in infinitū semꝑ ante omne moueri est dare mutatū eē: ideo cōcludendo ait: quare in medio tp̄e motum erit prius q̄z in toto: ⁊ omnino in qualibet partium temporis: supple prius motum erit q̄z in toto: ⁊ semper in minori parte p̄us motum erit q̄z in maiori. Nā semꝑ sil' in diuisione. i. fm diuisionē tp̄us determinatū est ab ipsis nūc. simul. n. i. statim cum diuiditur tp̄s in hꝰ diuisione est assignare ipsū nūc. Si igitur omne tempus diuisibile est: ⁊ mediū ipsorū tēpoꝝ est nūc: q2 tēpus. i. s3 tempus mutatur. s. omne qđ mutatur: q2 tempus est diuisibile in infinitum: ⁊ in omni tēpore est assignare infinita nūc: sequitur ꝙ omne qđ mutatur infinite. i. infinities mutatum erit. igitur ante oē moueri erit dare aliqđ mutatū esse. ❡ Notandū autez vim rōnis hꝰ in hoc cōsistere: videl3 ꝙ q2 omne tp̄s est diuisibile: ⁊ semꝑ inter duas partes tēporis est assignare aliqđ nūc: quia nūq̄z fit diuisio in tp̄e nisi fm ipsum nunc: oportet ꝙ sicut nūc ī medio temporis p̄cedit nūc qđ est in fine temporis: sic mutatū esse fm mediū tēpus precedit moueri fm totū tempus. nullū ergo est moueri qđ non p̄cedat aliqđ mutatū eē: quia si omne moueri mēsurat̄ tempore: ⁊ omne tempus ē diuisibile: oportet ꝙ mutatum esse fm mediū tempus p̄cedat qđcūq3 moueri fm tempus totum. ❡ Notandum aūt hanc demōstrationē fm Cōmentatorem sic differre a premissa: q2 illa arguebat ex diuisione spacij: vt quia spaciū est diuisibile in ifinitū. ⁊ semper mutatū esse fm minorem partem spacij p̄cedit moueri s3 maiorē ptem: op3 oē moueri p̄cedere mutatū esse. h̄ aūt arguit de diuisione tp̄is. Cō.53.
❡ Notandum etiā ꝙ id qđ ph̄s premiserat: videl3 ꝙ non mouetur aliquid in toto tempore p̄mo nisi moueatur in qualibet parte illius temporis: sic deseruit ad demonstrationes factas. Supponit enim phylosophus: ꝙ in minori tempore est minor motus: ⁊ in minori minus mouetur aliquid de spacio: quod non est veruz: nisi accipiatur tempus sicut mensurans motum. ꝙ in qualibet parte illius temporis habeat esse motus. Nam si aliqs dicatur moueri in anno: quia mouetur in die ⁊ etiā moueri dicatur in mense: q2 mouetur in die: nō plus mouetur in anno q̄z in mense. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Amplius aūt si ꝯtinue qđ mutat̄: ⁊ nō corrūpit̄: neq3 pausat a mutatione: aut mutari: aut mutatū eē: necē est in quolibet: in ipso aūt nūc nō est mutari necesse mutatū esse s3 vnūqđq3 ipsoꝝ nūc: quare si ipsa nūc īfinita sunt: necesse est omne qđ mutat̄ īfinite mutatū esse. T.c.54


❡ Adducit tertiam rationem dicens ꝙ si mutatur continue in aliquo tempore: et non corrumpitur neq3 pausat: idest neq3 cessat a mutatione illa: necesse est in quolibet illius temporis: aut mutare aut mutatum esse: in ipso autem nunc non est mutari: neq3 mutare. necesse ergo mutatum esse secundum vnumquodq3 ipsorum nūc q2 si ipsa nunc in quolibet tempore infinita sunt: necesse est oē qđ mutat̄ in īfinitū mutatū esse. quare in quolib3 mutari sunt infinita mutata esse: ⁊ ante quodlibet mutari precedit mutatum esse. Notandum autem vim rationis huius in hoc consistere: ꝙ si aliquid mouetur cōtinue in aliquo tempore: in quolibet nūc illius temporis est dare aliquod mutatū esse. Si ergo omne moueri mensuratur tempore: ⁊ in quolibet tempore est dare infinita nunc: quodlibet moueri precedunt ifinita nūc ⁊ ꝑ ꝯn̄s p̄cedūt ip3 īfinita mutata eē. Lectio. XIII.

N On solum autem qđ mutatur necesse est mutatū eē: sed etiā mutatū necesse prius mutari. T.c.55

❡ Postq̄z phylosophus ostendit ꝙ quodlibet moueri precedit mutatum esse. in parte

ista ꝓbat ↄuersam h⁹. vʒ. ꝙ omne mutatum esse precedit moueri. Circa qđ duo fač: q2 p̄ ꝓponit qđ itēdit. 2° probat qđ dixerat ibi. (Omne aūt.) Dič ḡ. ꝙ nō solum qđ mutaẽ necesse ē mutatuʒ eē. s. pri⁹: sed ēt oē qđ mutatū est necesse est mutari pri⁹. q. d. ꝙ nō solū moueri p̄cedit mutatū esse. sed ecōuerso ante omne mutatum esse precedit moueri. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Omne. n. qđ ex quodā in quoddā mutatuʒ est: in tp̄e mutatū ē: Si. n. in ipso nūc ex a. i b. mutaẽ. ergo in codē qdē nūc in quo est in ipso a. nō mutatū est; silr. n. eēt in ipso a. ⁊ i b. Qđ enim mutatū est: qn̄ mutatū est: quod nō est i hoc ostēsuʒ est prius: si vero in alio ē: i medio erit tp̄s. Nō. n. ↄiūcta erant ipsa nūc.



ℂ Probat qđ dixerat. Circa qđ duo. f. s3 ꝙ duas rōnes adducit ad ꝓpositum. scđa ibi (Amplı⁹ aūt.) Circa primū duo fač: q2 p̄ ꝓbat ꝙ oē qđ mutaẽ i tp̄e mutaẽ. 2° ex h̄ ostēdit itētū. vʒ. ꝙ an̄ oē mutatū eē p̄cedit moueri ibi. (Qm̄ igr̄ i tp̄e.) Dič ergo. ꝙ oē qđ mutaẽ: mutatur ex quodā in qđdā. pp h̄ sup. oē qđ mutatū est i tēpore mutatū est. si. n. in ipso nūc mutaẽ aliqd ex a. in b. ḡ in eodē nūc in q̊ est i ipso a. nō mutatū ē in ipm b. q2 tūc silr eēt in ipso a. ⁊ in b. ostēsuʒ est. n. p̄us ꝙ illud qđ mutatū est nō ē in h̄. i. in termino a quo: s3 ē in termio ad quem mutatū ē. i illo ergo nūc i quo est in a. nō mutatū ē ab a. in b. Si vero h̄ est i alio nūc: i medio illoꝝ nunc erit tēpus: q2 ipsa nūc nō erunt ↄiūcta: nec ↄñr se habentia: oʒ ergo qđ mutatū est in tp̄e mutatū eē. ℂ Notādum aūt qđ hic accipiẽ mutatū eē: nō vt dič terminū motus tm̄: q2 planū est vt supra dicebaẽ ꝙ tale mutatū eē mensuraẽ instanti. accipiẽ ergo hic mutatum esse: vt includit motū p̄cedentē: q de necessitate mēsuraẽ tp̄e.

Dubitaret forte aliqs: q2 nō vr̄ veꝝ ꝙ oē quod mutaẽ ex quodā in qđdā muteẽ in tp̄e: itaq3 ibi sit signare duo īstātia: i q̊ꝝ vno sit i termio a quo: i alio vero i termio ad quē: q2 i gnōne ē trāsitus a nō eē ad eē. Si ḡ i gnōne eēt assignare h9 tp̄us mediuʒ: eēt dare mediū iter ↄdictoria. eēt. n. dare tp̄s in quo id qđ gnātur: nec eēt i nō eē. i. i termio a quo: nec i eē. i. termio ad quē: qđ ē icōueniēs. ℂ Dōʒ ꝙ cū dr̄ ꝙ oē qđ mutaẽ ex quodā i qđdā ibi qđdā ⁊ qđdā debet accipi affirmatiue. Est. n. sensus ꝙ oē qđ mutaẽ ex termio affirmatiuo i terminū affirmatiuū: vl̄ ex subto i subm̄ moueẽ in tp̄e. gnātio aūt ⁊ corruptio non dn̄t motū: s3 sūt termini motus nec huiusmodi mutationes sunt ex quodam in quoddam: sed vel sunt ex quodam in non quoddam vt corruptio: vl̄ ex nō quodā i qđdā vt generatio. d talibus ergo nō itendit ph̄s: nec talia mensuranẽ tp̄e s̄m se: s3 si mēsurenẽ tp̄e: h̄ est rōne mot⁹ annexi: rōne cuius vt ifra patebit ēt i talib⁹ saluare possum⁹ ꝙ nō est ibi dare primo mutatū eē: s3 an̄ omne fieri precedit factuʒ esse ⁊ an̄ omne factum esse fieri: ⁊ sic in infinitum.

Alterius forte dubitaret aliqs. q2 vr̄ ꝙ talia tp̄e mēsurenẽ. Nā vt arguitur cōiter si ex aere fit ignis accipiaẽ vltimū istās in quo ē aer ⁊ p̄muʒ in quo ē ignis: vl̄ ergo h̄ duo istātia sunt vnū istās: ⁊ tūc simul eēt aer ⁊ ignis: qđ ē icōueniēs: vel sūt aliud ⁊ aliđ instans: ⁊ tūc cadit ibi tp̄s i medio. ḡ ē dare tp̄s in q̊ nec erit aer nec ignis: qđ eē nō posset: nisi gnātio eēt mot⁹: ⁊ nisi p se mēsurareẽ tp̄e: cui⁹ oppositū dicebaẽ i q̄stione premissa. ℂ Dōm ꝙ h9 rō cōiter soluiẽ vt eā soluit ph̄s in. 8. hui⁹. vult. n. ꝙ nō sit dare vltimū istās i quo est aer qui corrūpiẽ. S3 est dare p̄m istās i q̊ ē ignis gnāt⁹. nō dehem⁹ ḡ s̄m ipm ibi dare duo instātia. S3 si ex aere fiat ignis dici dʒ ꝙ i toto tp̄e precedēte ē aer ⁊ i istāti: ad qđ copulaẽ illud tp̄s: icipit eē ignis. S3 h̄ cōis solutio non vr̄ sufficere. nā vt dicebaẽ i q̄rto tp̄s mēsurat motū. S3 instās mēsurat mobile. cū ḡ aer sit q̊ddā mobile: si nō ē dare mēsuratū sine ꝓp̄a mēsura sp̄ ē dare aliqđ istās: qđ sit mēsura sp̄i⁹ aeris. vr̄ ḡ ꝙ sit dare vltimū istās i q̊ est aer: sič ē dare p̄m i quo est ignis. qūo aūt h̄ difficultas soluaẽ in. 8. vbi h̄ mā tractabiẽ apparebit. ℂ Deīde cū dič.

ℂ Qm̄ igiẽ in tp̄e mutatū est: tp̄s aūt omne diuisibile: i medio aliud erit mutatū: ⁊ iteꝝ in illius medio aliud: ⁊ sic sp. Qr̄ mutabiẽ prius. T. c. 56.

ℂ Ex eo qđ ꝓbauerat oē motū eē in tp̄e oñdit ꝙ ante oē mutatū ē p̄cedit moueri. d. qm̄ igr̄ i tp̄e mutatū ē sup. oē qđ mutaẽ. tp̄s aūt oē diuisibile ē. seqtur ꝙ i medio tēpore aliud mutatū erit pri⁹ q̄3 i toto: ⁊ iteꝝ i medio tp̄e illius mediȷ tp̄is: aliud mutatū erit p̄us: ⁊ sic sp i ifinituʒ: q2 sp p̄us mutabiẽ i medio tp̄e q̄3 i toto: ⁊ i minori pte tēporis q̄3 i maiori. sp ḡ an̄ mutatū eē precedit moueri: q2 moueri s̄m medietatē tp̄is ē p̄us q̄3 mutatū eē s3 totū: q2 oē tp̄s ē diuisibile: nō erit dare aliqđ mutatum eē: qđ nō p̄cedat moueri. ℂ Nōndū aūt ꝙ moueri dupl'r cōparari p̄t ad mutatū eē. vʒ. vt accipiaẽ moueri qđ imediate copulaẽ ad mutatū eē: ⁊ sic moueri p̄cedit mutatū eē: sič qđ est ad finē p̄cedit ipʒ finē. moueri. n. in toto tp̄e p̄cedit mutatū eē: qđ seqtur ad illđ tp̄s: sič ⁊ tp̄s p̄cedit istās qđ seqtur ipʒ. scđo p̄ot accipi moueri nō respcū mutati eē ad qđ copulaẽ: ⁊ sic adhuc moueri p̄cedit mutatū eē: q2 moueri s3 mediū tp̄s p̄cedit mutatū eē s3 totū: l3 illud moueri nō imediate copuleẽ ad illud mutatū eē. Rō āt ph̄i arguit de moueri scđo mō sumpto magis q̄3 d moueri accepto p̊ mō. ℂ Nōndū ēt ꝙ cū in motu duo h̄ant eē. q̄tuor ↄparatiōes: vl̄ q̄tuor habitudīes ibi sumi poterūt: q2 cōparabitur moueri ad moueri: vel mutatū eē ad mutatū eē: vel moueri ad mutatū eē: vel eↄ mutatū eē ad moueri: quocūq3 mō sumaẽ h9 habitudo ⁊ analogia: nūq̄3 i motu ē dare primū ex p̄te principiȷ: q2 sp an̄ oē moueri p̄cedit moueri. nā cū oē moueri mensureẽ tp̄e sp moueri s3 mediū tp̄s p̄cedet moueri s3 totū sič ēt an̄ oē mutatū eē p̄cedit mutatū eē: q2 mutatum eē s̄m mediū p̄cedit mutatū eē s3 totū: ⁊ rursus an̄ oē mutatū eē p̄cedit moueri: q2 moueri s3 mediū p̄cedit mutatū eē s̄m totū. Sic ēt an̄ oē moueri p̄cedit mutatū eē: q2 mutatū eē s3 mediū p̄cedit moueri s3 totū. ex h̄ autem apparere p̄ot. q̄r ph̄s poti⁹ ꝓbauit moueri s3 mediū tp̄s ꝙ p̄cedat mutatū eē s3 totū q̄3 h̄ ꝓbaret d moueri s3 totū ꝙ imediate copulaẽ ad mutatū eē s3 totū: q2 ut p3. s3 habitudinē sumptā ex moueri medio accipi possūt oēs prioritates q̄ ↄsideranẽ in motu. ℂ Deīde cum dicit.

ℂ Amplius aūt in magnitudine manifestius ē qđ dr̄: pp id qđ cōtinua est magnitudo i qua mutaẽ qđ mutatur. Sit. n. mutatuʒ ex c. in d. T. c. 57.

Ergo si indiuisibile est ipm c. d. ipartibile erit impartibili ↄiūctū. Qm̄ aūt hoc ipossibile est: necesse est magnitudinē eē: qđ interest ⁊ in infinita diuisibile. Quare si illa mutaẽ prius: necesse ergo oē qđ mutatū ē mutari pri⁹. ℂ Eadē. n. demōstratio est in non ↄtinuis: vt in cōtrarijs ⁊ ↄtradictione. Accipimus. n. tp̄us in quo mutatū ē: ⁊ iteꝝ eadē dicemus. T. c. 58.

.C.
.D.

O ¶ Adducit scdaȝ rõnē. Circa qđ tria fac̄. q2 primo adducit hꝫ rõnē. scdo ꝯcludit ꝯclusionē intētā. 3° qđ dixerat adaptat ad gnõnez ꝛ corruptõez. 2ª ibi. (Qr̄ nec̄e ē.) 3ª ibi. (Mani^m igr̄.) Dic̄ ḡ. ꝙ ampli⁹ i magnitudīe mani^m ē qđ dr̄: pp id ꝙ ꝯtinua ē magni^d⁹ i q̄ mutat̄ qđ mutat̄. i. pp id ꝙ ꝯti^m ē spatiū in quo mouet̄ mobile. sit. n. aliqd mutatū ex c. i. d. ḡ si īdiuisibile ē ip̄m c. d. ipartibile erit īpartibili ꝯiūctū. probabat̄. n. supra. vbi ondebat̄ qũo est dare p̄mū mutatū fm res ad q̄s est mot⁹: ꝙ nõ p̄t eē motus in īpartibili: nisi ipartibile īpartibili ꝯiūctū sit: qm̄ aūt h̄ est īpoſſe: ꝙ īpartibile īpartibili ꝯiūgat̄: necesse ē eē magnitudinē: ꝛ eē spatiū aliqđ: qđ est īter vtrūq3 terminū ꝛ hꝫ magnitudinē: nec̄e ē eē quid diuisibile in īfinita. i. in īfinitas ptes: q2 si in illa. i. si i illas ptes mutat̄ p̄us q̄3 mutatū sit i toto: necesse ē aūt omne qđ mutatū ē aliqd mutari pri⁹: addit aūt ꝙ eadē demõstratio ē i mutationibus nõ ꝯtinuis: vt i ꝯrijs ꝛ i ꝯdictione. accipiem⁹. n. tp̄s in q̄ mutatū ē fm tales mutationes: ꝛ itez eadē dicemus: q2 sp̄ diuidemus tp̄s: ꝛ sp̄ mutari fȝ mediū erit p̄us q̄3 mutatū eē fm totū. ¶ Nõdū āt ꝙ p mutatiões ꝯrias itelligit mutatiões in q̄litate ꝛ q̄3titate: p mutationes vero ꝯdictorias itelligit mutationes factas in suba. appellat aūt has mutationes nõ ꝯtinuas: q2 in hꝫ mutationibus nõ ē tāta ꝯtinuitas q̄3ta i motu locali. ¶ Nõdū ēt ꝙ i motu locali ostēdit̄ ꝙ nõ ē dare p̄^m mutatū eē: tā ex pte spatij: q̄3 ex pte tp̄is. Sȝ i alijs mutatiõib⁹ magis ꝓpe h̄ ꝓbat̄ ex pte tp̄is. iõ ph̄s ait ꝙ accipiemus tp̄s: ꝛ erit demõstratio eadē. i. idē ꝯcludēs i oīb⁹ his mutatiõib⁹: q2 p diuisionē tp̄is ꝓbabit̄ ꝙ nõ est ibi dare p̄ mutatū eē.

Dub. pª **Dubitaret** forte aliqs. de eo qđ ph̄s ait: ꝙ manifestior ē hec dmõstratio d magnitudine eo ꝙ magnitudo ꝯtinua sit. Cū ḡ tēpus sit ēt continuum. vr̄ ꝙ dmõstratio facta d tēpore sit eque manifesta: sicut dmonstratio facta d magnitudine. ¶ Dōm ꝙ ad hoc rñdet Alex. ait. n. ꝙ non ē intelligēdum ꝙ dmõstratio d magnitudīe sit magis mātfesta q̄3 dmõstratio de tēpore: vñ non cõparat ph̄s scdam dmonstrationem ad p̄mam: sed comparat dmõstrationem d motu locali ad dmonstrationes alioꝝ motuum. vult. n. ꝙ magis sit manifestum d motu locali: ꝙ nõ sit ibi dare p̄mo mutatū eē: eo ꝙ hꝫ motus fit i magnitudīe cõtinua: ꝛ ī spatio cõtinuo q̄3 hoc sit manifestū in alijs motibus: vbi non ē tanta ꝯtinuitas. possumus dicere tñ ꝙ ēt cõparando secūdaȝ dmõstrationē ad p̄mā. veritatē hȝ qđ dr̄. Nam ꝛ si tp̄us ē ꝯtinuū ꝯtinuitatē tñ quā hȝ: hȝ a magnitudīe pp id ḡ ꝙ magnitudo fm se ē ꝯtinua. tp̄s autem non sic est continuum. ideo manifestior est demonstratio sumpta ex magnitudine q̄3 ex tēpore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare necesse est mutatū oē mutari prius: ꝛ qđ mutatur mutatum esse: ꝛ est in ipso mutari mutatum esse prius. Ipso autez mutatū esse mutari: ꝛ nullo modo ꝯprehenditur primum. Causa autem hꝫ est: non esse ipartibile impartibili ꝯiūctū. In infinituȝ. n. diuisio est: sicut in his q̄ augmentant̄ ꝛ minuunt̄ lineis.

¶ Concludit ꝯclusionē itētam. d. ꝙ necesse ē mutatū eē mutari pri⁹. ꝛ eꝯ qđ mutat̄: nec̄e ē mutatū eē pri⁹. ip̄m ḡ mutatū eē ē pri⁹ ipso mutari. ꝛ eꝯ ip̄m mutari ē pri⁹ ipso mutato eē. Nullo ḡ modo ex pte p̄ncipij ꝯprehēdit̄ primū i motu. Cā aūt hui⁹ ē: vt dicebat̄ pri⁹: q2 nõ ꝯtigit eē impartibile īpartibili ꝯiūctū. ī īfinitū. n. ē diuisio ipsi⁹ cõtinui. sicut pȝ i his que augmētant̄ ꝛ diminuunt̄ in lineis. linea. n. vna quodāmõ p̄t minui in īfinitū: ꝛ quia qcqd mutat̄ ab vna p̄t addi alij: quodāmõ alia augmētari poterit in īfinitū. Sic ḡ. q2 linea ē diuisibilis in īfinitū: ꝛ ī q̄libȝ linea sūt īfinita pūcta: sic q2 q̄libȝ mot⁹ cõtinuus ē diuisibilis i īfinitū: ī quolibȝ motu sunt īfinita mutata eē: ꝛ añ oē moueri p̄cedit mutatū eē ꝛ eꝯ. ita ꝙ i motu nõ ē reꝑire p̄^m ex pte p̄ncipij. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Manifestū igr̄ qm̄ qđ factū ē: necesse ē fieri pri⁹: ꝛ qđ fit factuȝ eē: q̄cūq3 diuisibilia ꝛ cõtinua sūt. Nõ m̄ sp̄ qđ fit: sȝ aliud aliqñ vt illi⁹ aliqd: sicut dom⁹ fundamentū. Silr̄ autē ꝛ in eo qđ corrumpitur: ꝛ quod corruptum est. T. c. 59.

¶ Qđ dixerat adaptat ad gnõnē ꝛ corruptiõez. Circa qđ duo fac̄. q2 p̄mo ꝓponit qđ itēdit. scdo assignat rõnē dicti ibi. (Mox. n. inest.) Dic̄ ḡ. manifestū ē igit̄ ꝙ oē qđ factū ē: necesse ē fieri pri⁹. ꝛ eꝯ. qđ fit factū ē pri⁹: ita ꝙ añ oē fieri p̄cedit factū eē. ꝛ eꝯ. hȝ. n. h̄ vītatē i oīb⁹ quecūq3 sūt diuisibilia ꝛ ꝯtinua. Addit aūt: ꝙ non sp̄ quod fit factū ē ipȝ pri⁹: sȝ factū ē aliqñ aliud: vt factū ē aliqd illius: vt cū fit dom⁹ factū est fundamentum prius.

Dubitaret forte aliqs. qr̄ ph̄s addidit: q̄cūq3 diuisibilia ꝛ ꝯtinua sunt. ¶ Dōȝ ꝙ īuuit Cõmētator ꝙ h̄ dixit dupliciť d cā. p̄ ad excludēdū mutatiões illas q̄ nõ fiūt cū motu cõtinuo: vt itelligere ꝛ sentire q̄ nõ ꝓpe dñr mot⁹. 2° h̄ dixit: vt nõ excluderet a mutatiõib⁹ mot⁹ ꝯtinuos. q̄ꝝ sūt termini. i gnõne. n. ꝛ corruptõe ꝛ i alijs mutatiõib⁹: si volum⁹ saluare ꝙ non sit ibi dare p̄^m mutatū eē. oȝ ꝙ accipiāt̄ mutatiões ille: vt icludūt motū p̄cedētē: sȝ quē modū sp̄ añ fieri precedit factū eē: q2 rõne dispõnū ānexaꝝ nõ ē ibi dare p̄mū mutatū eē: q2 oē qđ dispositū est. p̄us dispõebat̄: ꝛ omne quod disponitur prius dispositum fuit. Dub. pª Cõ. 59.

Alterius forte dubitaret aliqs. qũo veꝝ sit ꝙ in oī factiõe añ oē fieri p̄cedit factuȝ eē. ꝛ eꝯ. ¶ Dōm ꝙ h̄ duplici distĩõne op⁹ ē. p̄. n. distiguēdū ē d factiõe: q2 factio alñ ē termin⁹ mot⁹ eiusdē gn̄is: vt calefactū eē ē termin⁹ d calefieri: aliqñ vo ē termin⁹ mot⁹ alteri⁹ gn̄is: vt pȝ i factiõe subali. hꝫ. n. factio nõ p̄t esse termin⁹ mot⁹ eiusdē gn̄is: q̄ i suba nõ ē mot⁹: sȝ terminus mot⁹ alteri⁹ gn̄is: q2 ē termin⁹ alteratiõis: ꝛ illuminatio aeris q̄ fit i istāti ē termin⁹ mot⁹ local. Rursus distiguēdū ē d eo qđ fit: q2 aliqñ qđ fit dr̄ fieri fȝ se to^m aliqñ dr̄ fieri: q2 facta ē aliq̄ ps ei⁹. ḡ añ oē factū eē p̄cedit fieri: ꝛ añ oē mutatū eē p̄cedit moueri: ꝛ h̄ vl' fȝ idē gen⁹: vl' fȝ aliud: ꝛ oē qđ fit p̄us fiebat: vl' fȝ se totū: vl' fȝ aliq3 sui ptē. i oīb⁹ ḡ factõib⁹: ꝛ i oīb⁹ reb⁹ fact[is] saluare possum⁹ ꝙ sp̄ añ oē fieri p̄cedit factū eē. ꝛ eꝯ. Signāter ḡ ph̄s addidit: ꝙ nõ sp̄ añ oē fieri p̄cedat factū eē rei fm se. sȝ suffic̄ ꝙ p̄cedat fȝ aliq3 sui ptē: vt dr̄ dom⁹ eē i fieri cū factū ē fūdamtū: vl' aliqd d fūdamto qđ ē ps ei⁹: ꝛ dr̄ al' fieri cū factū ē cor qđ ē p̄ncipale mēbꝝ i ip̄o. ¶ Deide cū dic̄. Dubi. 2ª

¶ Mox. n. inest ei quod fit: ꝛ qđ corrūpit̄ īfinitū quiddā: cū sit ꝯtinuū: sed nõ est in fieri: nisi aliqd factū sit prius. Neq3 factū eē: nisi fiat aliqd: silr̄ aūt ꝛ in corrūpi ꝛ in corruptū esse. Semp. n. erit ipso corrūpi corruptū eē prius. Corrupto āt eē corrūpi. Mãifestū igr̄: q2 qđ factū ē: nec̄e ē fieri pri⁹: ꝛ qđ fit factū eē. Ois. n. magnitudo ꝛ oē tp̄s sp̄ diuisibilia sūt. Qr̄ in quocūq3 fit aliqd: non erit vtiq3 sic in p̄io.

¶ Assignat cāȝ qũo ante oē fieri p̄cedit factuȝ eē. ꝛ eꝯ.

ꝙ motꝫ.n.inest ei qđ fit:⁊ ei qđ corrūpit ꝙ est ifinitū qđdā ꝯtinuū.i.qꝛ ꝯtinuū ē:vel vt hꝫ alia lrã:cuꝫ ꝯtinuū sit hꝫ fieri.iđ subdit ꝙ nō est:neqꝫ fieri nisi aliqd factū sit pri⁹:neqꝫ factū eē:nisi fiat aliqd pⁱus.silr āt ⁊ i corrūpi ⁊ in corruptū eē.sꝑ.n. ipso corrūpi erit pri⁹ ipꝫ corruptuꝫ eē:⁊ corrupto eē erit pri⁹ ipꝫ corrūpi:iđ ꝯcludit.manifestū ē igr̄:qꝛ qđ factū est:necē ē fieri pri⁹:⁊ qđ fit factū eē pri⁹.nā ois magnitudo ⁊ oē tp̄s sunt sꝑ diuisibilia:qꝛ in quocūqꝫ tp̄e fit aliquid non erit vtiqꝫ factū in illo tēpore:sic in p̄.nā cū illud tp̄s sit diuisibile nō est ibi assignare pᵐ factū esse:nec primū fieri. Lec.XIIII

Quoniam autem omne quod mouetur:in tēpore mouet̄:⁊ in pluri maior magnitudo in ifinito tp̄e impossibile ē moueri magnitudinē finitā nō eādē sꝑ ⁊ illi⁹ aliqd qđ mouet̄:sed in di oēm.

℄ Postqꝫ p̄hus determinauit de diuisiōe motus:⁊ đ diuisione eorum que ꝯcurrūt ad motū. In parte ista đterminat de finitate ⁊ ifinitate mot⁹:⁊ de finitate ⁊ ifinitate ꝯcurrētiū ad motū.℄ Ad motū āt reqrit̄ ⁊ cōcurrit ibi spatiū tp̄s ⁊ mobile. Tria ergo facit:qꝛ p̄ đtermina de finitate ⁊ ifinitate spaty respcū tp̄is.⁊ eꝫ.scđo determinat đ finitate ⁊ ifinitate mobilis respcū spaty ⁊ tp̄is. 3ᵒ determinat đ finitate ⁊ ifinitate motus respcū spaty tp̄is ⁊ mobilis.scđa ibi.(Demonstratis autē.)Tertia ibi.(Quoniā autem finit̄.)Circa primum duo fac:qꝛ p̄ ostendit ꝙ non potest eē tēpus ifinituꝫ si magnitudo sit finita.scđo probat cōuersaꝫ huius.vꝫ.ꝙ non potest esse magnitudo infinita si tēpus sit finitum. Ex quibus duobus apparet ꝙ finitū ⁊ ifinituꝫ reperit̄ silr in magnitudine ⁊ tempore.scđa ibi.(Eadem aūt rō.)Circa primū duo fac:qꝛ p̄mo premittit quedā necessaria ad propositum.scđo illis premissis probat itētū ibi.(ꝙ qdē igit̄.) premittit aūt duo necessaria ad propositum.primū ē ꝙ oē qđ mouet̄ in tēpore mouet̄: zᵐ est ꝙ in pluri tempore mouet̄ maior magnitudo.his positis sequr ꝙ non ē possibile in tēpore ifinito moueri.i.transire magnitudinem finitam.i.spatiū finitū:ita tñ ꝙ id qđ mouet̄.i.mobile non trāseat eandē magnitudinē semꝑ reiterādo eā ⁊ non transeat aliqd illius magnitudis reiterando pteꝫ eius:sed in oi tp̄e.i.in toto tp̄e transeat oēm.i.totā magnitudinem abiqꝫ eo ꝙ reiteret eā vel ptes ei⁹.℄ Notandū aūt ꝙ ꝑm Cōmē.ideo premittit ꝙ oē qđ mouet̄ i tempore mouet̄:qꝛ cū probare intendat ꝙ magnitudo finita transit̄ in tp̄e finito:qꝛ transiri in tempore finito presupponit trāsiri in tp̄e:iđ premisit ꝙ transit⁹ ⁊ mot⁹ de necessitate reqrit tēpus.℄ Nōnᵐ ēt ꝙ cū ipse per h̄ probet ꝙ magnitudo finita trāsit̄ in tēpore finito:qꝛ in maiori tp̄e transit̄ totū qꝫ pars.iđ p̄misit ꝙ in pluri tp̄e trāsit̄ magnitudo maior:qđ itelligēdū est de eodē mobili.sꝑ.n.idē mobile in eodē motu ꝯtinuo se h̄ite plus apponit đ tp̄e i trāseūdo totū qꝫ ptē.℄ Nōndū āt ꝙ ꝑꝫ Cōmē.iđ ait ꝙ magnitudo finita non trāsit̄ in tp̄e ifinito:nisi reiteret̄ ipsa vel partes ei⁹:vt p̄seruaret se a corporib⁹ celestibus:que circa terrā reiterando eā ꝑm sententiā p̄hi mota sunt per ifinitū tp̄s.℄ Deide cuꝫ dicit.

℄ Quod qdem igitur si aliqd moueatur eque velociter:necesse ē finitū in finito moueri: manifestū est. Accepta.n.pte que mēsurabit totū in equalibus tp̄ibus tātis quot partes sunt ꝑ totā motū est. Quare qm̄ he finite sunt ⁊ qꝫtitate vnaqueqꝫ ⁊ tot modis oēs:⁊ tp̄s vtiqꝫ erit finitū. Totiens.n.erit tātuꝫ qnātū tp̄s:qđ est ptis multiplicatio ꝑm multitudinē partiū.

℄ Probat qđ dixerat.Circa qđ duo fac:qꝛ p̄ ostēdit magnitudinē finitā nō trāsiri i tp̄e infinito:si mobile moueat̄ regulariter ⁊ eque velociter.zᵒ ōndit h̄ si moueat̄ irregulariter ⁊ nō eque velociter ibi.(Sed si non sit.) Dicit ḡ.ꝙ qdē igr̄ si aliqd moueat̄ eque velociter.i.regulariter:necē ē moueri finitū.i.ꝑ finitū spatiū i tp̄e finito:maniᵐ est ex dicēdis.accepta.n.pte aliq̄ illi⁹ spaty finiti que mēsurabit totū hꝫ spatiū i tēporib⁹ eq̄libus ⁊ in tātis tp̄ib⁹.quot sunt ptes illi⁹ spaty:mobile motū ē per totū spatiū.qr̄ qm̄ he ptes sūt finite ⁊ vnaqueqꝫ ē finita qꝫtitate:⁊ tot modis.i.tot ptib⁹.sup.ipsi⁹ tp̄is oēs.s. partes magnitudinis transeuntur:quot sup.sunt partes ipi⁹ magnitudis:⁊ qꝛ omnes he partes sūt finite:tēpus vtiqꝫ i quo trāsit̄ tota magnitudo finitū erit.nā i hꝫ tēpore mēsurāte totū motū totiēs erit tātū tp̄s quātū est tp̄s:qđ ē ptis quotiēs sup.ps illa ꝯtinet̄ i toto:vel q̄t sūt hꝫ ptes i toto.multiplicatio.n.partiū tp̄is erit ꝑꝫ multiplicationē ptiū magnitudis.℄ Nōndū aūt vim rōnis h⁹ i h̄ ꝯsistere:qꝛ si aliqđ spatiū fiᵐ trāsit̄ totū i tp̄e ifinito:cū ps transeat̄ i minori tp̄e qꝫ totū:ps trāsibit̄ i tp̄e finito.Cū ergo si sit mobile eque velox in eq̄li tp̄e sꝑ trāseat eq̄lē partē:totū tp̄s in quo trāsit̄ totū illud spatiuꝫ finitū:ꝯstabit ex tot tp̄ib⁹ eq̄libus:quot sūt tales ptes i illo spatio.qr̄ cū spatiū illud positū sit eē finitū:ptes ei⁹ finite erūt tā multitudie qꝫ magnitudie.⁊ per ꝯñs ptes ꝯponētes tp̄s:i q̊ trāsit̄ tota illa magnitudo:finite erūt. trāsibit̄ igr̄ hꝫ totū spatiū i tp̄e finito.℄ Deinde cū.d.

℄ Sꝫ si nō sit eque velociter:differt nihil. Sit .n.in quo a. ⁊ b.spatiū finitū:quod motū sit in infinito tp̄e: ⁊ tēpus infinitum in quo c.d. Si igitur necesse est prius alterꝫ altero motū esse. Hoc aūt manifestū:ꝙ tēporis in priori ⁊ posteriori alterꝫ motū est. Semp.n.in pluri alterū erit motū eē:siue eque velociter mutet:siue non eque velociter mutet: ⁊ siue itēdatur motus:siue remittatur:siue maneat nihil minus. T.c.61.

℄ Ostēdit ꝙ opꝫ esse tēpus finitū in quo transit̄ magnitudo finita:dato etiaꝫ ꝙ per illam magnitudinē nō sit motus regularis:nec eque velox.Circa qđ duo facit:qꝛ primo proponit qđ intēdit.scđo declarat qđ dixerat ibi.(Accipiat̄ igit̄.)Dic̄ ergo.sed si mobile non sit eque velociter motum per hꝫ spatium:quod ponit̄ esse finituꝫ: differt nihil:qꝛ semper opꝫ ꝙ finitum spatium transeatur in tempore finito non infinito:ideo subdit.sit.n.spatium in quo est a.⁊ b.finitum:qđ sit motum.i. pertransitum in infinito tēpore:⁊ tempus infinitum in quo transitur tale spatium sit c.d.Si igitur necesse est prius esse motum.i.pertransitum alterum altero.i.alteram ptem spaty qꝫ altera.h̄ autem:qꝛ sic est:manifestum est ꝙ in parte priori temporis:⁊ in parte posteriori de spatio est alterum motum.i.pertransitū. Nam cum motus spaty ⁊ transitus eius mensuret̄ tempore:oportet ꝙ in alia ⁊ in alia parte temporis transeatur alia ⁊ alia pars spaty: ita ꝙ i priori parte temporis trāsibitur pars spaty p̄or: ⁊ in posteriori posterior:⁊ quia sic semper partes spaty respōdent partibus temporis:semper in p̄li tēpore erit alterum motum.i.pertransitum de spatio:quia in pluri tempore:oportet plus pertransiri de spatio: siue mobile eque velociter mutet:siue non eque velociter mutet:siue intēdatur eius motus:siue remittatur:siue sup.


aliquãdo itẽdaẽ:aliquando remittaẽ:siue remaneat sp eodẽ mõ:nihil minᵒ.i.nihilominᵒ sp oz ptes tẽporis respõdere ptibus spatij:ꝛ oz spatiũ finitũ trãsiri i tpe finito. ¶ Nõndũ aũt ꝙ h̃ qd̃ premissuz est:est preambuluz ad demõstrationẽ sequẽtẽ. Nã iõ i demõstratiõe sequẽti ꝓbabiẽ ꝙ spatiũ finitũ oz trãsiri i tempore finito:qꝛ partes tpis rñdent ptibus spatij:ita ꝙ i altero tpe trãsitur altera ps spatij:vt i priori tpe prior ps spatij:ꝛ in posteriori posterior:ꝛ i pl̃i tpe maior ps spatij:ꝛ i miori minor. ¶ Nõndũ aũt ꝙ motᵒ aliqñ est irregularis ꝛ eque velox:aliqñ irregularis ꝛ nõ eque velox:ꝛ cũ ẽ irregula-
Cō. 6i. ris ꝛ nõ eque velox ſm Cõmẽ. est i triplici dr̃ia:qꝛ vel sp intẽdiẽ:vel semp remittiẽ:vel aliqñ iẽndiẽ:ꝛ aliqñ remittiẽ. qcqd ḡ ꝯtigat:vt innuit phs in lr̃a:siue semp motus sit eque velox:siue sp itẽdaẽ:siue sp remittatur:siue aliqñ itẽdaẽ:aliqñ remittaẽ sp ptes spatij rñdẽt ptibus tpis:ꝛ oz finitum spatium transiri in finito tempore.

Dub. pᵒ **Dubitaret** forte aliqs:qꝛ nõ vr̃ esse verꝫ qd̃ phs ait. vꝫ. ꝙ ipsiᵒ magnitudis p̃us alterũ altero motũ sit. Nã si magnitudo ẽ ꝯtinua mota vna pte sil' mouebunẽ singule ptes eiᵒ:ita ꝙ non p̃us altera
Cō. 6i. parte altera mota ẽ. ¶ Dõm ꝙ ad h̃ Cõmẽ. respondere vr̃ distiguẽdo de ipsis moubᵒ. vult.n. ꝙ lꝫ i motu locali non p̃us moueaẽ vna ps q̃ȝ altera:si magnitudo sit cõtinua:qꝛ oportebit oẽs ptes simul moueri. tñ i alijs motibus h̃ põt ꝯtigere. põt.n. eẽ ꝙ magnitudie existẽte cõtinua sic calefacta i vna pte:altera pte remanẽte frigida. Sed h̃ est ire p̃ter mẽtez ph̃i. possumᵒ ḡ dicere ꝙ motᵒ cõparari põt ad magnitudiez mobilẽ duplr̃:vel ſm se:vel vt cõparaẽ ad spatiũ. licꝫ ḡ i magnitudie cõtinua sil' moueanẽ oẽs ptes eiᵒ:ꝛ mota vna pte moueanẽ singule:nõ tñ simul ptransit oẽs ptes spatij:nec sil' ſm se totã mutat totũ locũ suũ. imo p̃us mutat hꝫ locũ ſm vnã ptẽ ꝛ postea ſm aliã:ꝛ sic successiue. qd̃ vero dr̃ ꝙ ipsiᵒ magnitudis prius alterꝫ altero motũ est:vel h̃ itelligẽduz est de magnitudie spatij:ꝛ tũc nõ hꝫ calũniã:qꝛ p̃us moneẽ.i. trãsiẽ vna ps spatij q̃ȝ alia:vel si h̃ referaẽ ad magnitudinẽ mobilẽ itelligẽdũ est. ꝓut hꝫ magnitudo cõparaẽ ad spatiũ:qꝛ p̃us acqrit aliqd de spatio secũdum vnam partem sui q̃ȝ secũdum aliam.

Dub. 2ᵒ **Alterius** dubitaret aliqs:qꝛ vt dicebatur in supponendo in pl̃i tempore plus transitur de magnitudine. videtur aũt h̃ eẽ falsuꝫ:qꝛ si moueretur mobile eque velociter semper in pl̃i tempore plus trãsiret de magnitudine. Sed cum hic arguatur de mobili:non eque velociter moto poterit contingere ꝙ in miori tempore plus transeat de spatio. nam vt supra dicebatur velox in miori tpe trãsit plus. ¶ Dõꝫ ꝙ h̃ itelligẽduz est de motu eiusdẽ mobilis. vlteriᵒ accipiẽdũ ẽ tps maius ꝛ minᵒ non ꝓut dicunt diuersa tẽpora oĩno:ſꝫ vt vnum est pars alteriᵒ. põt.n. ꝯtigere ꝙ vnũ ꝛ idem mobile nõ motum eque velociter plus moueaẽ i vna hora q̃ȝ in vna die:si illa hora nõ sit ps illius diei. Sꝫ si aliqd̃ mobile ꝯtinue moueret p totã diẽ q̃ȝtũcũqȝ diuersificareẽ motus eius:ita ꝙ modo eẽt velox mõ tardus semp tñ in tota die aliqd alterꝫ.i. aliqd plus moueret q̃ȝ i pte diei:ꝛ h̃ sufficit ph̃o vt hẽat itẽtum. vult.n. ꝙ i toto tpe in quo aliqd ꝯtinue moueẽ sp plus mouebiẽ i toto q̃ȝ in parte:q̃ȝtũcũqȝ diuersificeẽ motᵒ eiᵒ. ¶ Deide cũ dic.

